**Kathegorema** vt ſcribit Brulefer diſt. xxj. q. j. li. j. eſt dictio q̄ eſt ꝑ ſe ſignatiua alicuius rei vniuerſal' vel ꝑticularis. Sincathegorema eſt dictio q̄ non eſt ꝑ ſe ſignatiua: ſed eſt diſpoſitio dictionū kathegorematicaꝝ ⁊c̄. De q̄ in logica plus ſcripſimꝰ. Kyrieleyſon. idest: dñe miſere. Et ſūt due dictiões. Nā κυριος ω κυριε in vocatiuo .i. dñe. vl' κυριος. idest: ꝓprius/ autenticus/ dñs. vt inq̄t Joānes Coraſtonꝰ. De hac dictiōe Kyrieleyſon ita ſcribit Joannes Reuchlin vir nr̄a tēpeſtate doctiſſimꝰ: latine/ grece/ ⁊ hebraice lingue ꝑitiſſimꝰ: ad Bebeliū poetā noſtrū ⁊ amicū familiariſſimū: ⁊ dꝛ Kyrie triſſyllabū eſſe: ꝑmāq; ꝑ hypſilon: ſcd̄am ꝟo Iota ſcribēduꝫ: cui ſit accētus in ꝑma ꝑacutꝰ. Eleyſon verbū imperatiuū tetraſyllabū accētu ſil'r antepenultima acuto. nec fit diphthōgus vnq̄ ex ε ⁊ η vocalibꝫ. quapropt' a nr̄is ob ignorātiā Helleniſmi male cepit ꝓnūciari ꝓ totū Kyrieleyſon q̄nq; ſyllabaꝝ: q̄ſi ꝑ ſynaloephā elíſis vocalibꝫ. Hec Capnio ⁊c̄.

**Labium** ⁊ Labrū idem ſunt: a q̄ diminutiuū Labellū. Labia dꝛ vt ſcribit Hiero. epl'a. j. myſtice vtriuſq; teſtamēti cōſonātia intelligūt'. De quibꝫ duobꝰ teſtamētis in ꝓuerbijs dꝛ Prouer. xvj. Et diuinatio in labijs eiꝰ. in iudicio nō errauit os eius.

**Labor** eſt fatigatio vl' fūctio q̄dam vl' animi vel corꝑis grauioris oꝑis vel muneris: ſꝫ Ciceronem lib. ij. tuſcu. q̄ſti. Uel dꝛ opera. dꝛ ⁊ labos ſic̄ bonos/ lepos. de quibꝫ in grāmatica dꝛ. Et labor dꝛ dupliciter. vt ſcribit ſan. Bona. di. xlviij. ar. ij. lib. iiij. in fine. q. j. Uno mō ꝓprie: ⁊ ſic dꝛ opus penale. ⁊ hoc mō nec corꝑa ſuꝑceleſtia/ nec angeli boni laborant. Alio mō cōmunit': ⁊ ſic dꝛ labor quodcunq; obſequiū: ſm̄ quē modū angeli dicunt' laborare in vinea dñi/ ⁊ circa nos: q̄ nobis obſequunt'. ſic ⁊ corꝑa celeſtia. Hec Bonauen. Labor aūt manuū ad tria ordinat'. vt l'ris mādauit Gab. di. xvj. ar. iij. dub. j. li. iiij. poſt Alexā. ſcꝫ: ad ociū vitandū/ ad corpꝰ domandū/ ⁊ ad victū q̄rēdū. De ꝑmo Hiero. ad Ruſticū monachū. Semper aliq̄d oꝑis facito: vt te diabolꝰ occupatū inueniat. De ſcd̄o Apl's. ij. Coꝝ. vj. annumerās ea q̄bꝫ corpus caſtigat': dꝛ. In laboribꝫ/ in ieiunijs/ i vigilijs: in caſtitate ⁊c̄. De tertio Actu. xx. Ad ea q̄ mihi opꝰ erāt ⁊ his qui mecū erāt miniſtrauerūt manꝰ iſte ⁊c̄. Et laborare q̄nq; manualit' etiā expedit deuotis ⁊ religioſis: vt ſcribit Gerſon ꝑte. iij. de exercitijs diſcretis deuotoꝝ ſimpliciū. Un̄ ꝯtingit nōnunq̄ vt ꝓ negligentes nō q̄deꝫ ob corꝑis debilitatē/ ſed ex deſidia ⁊ carnis voluptate deueniūt ad magna ꝑicula ſuaꝝ aīaꝝ nō ſolū in malis cogitatiōibꝫ/ ſed etiā q̄nq; in grauioribꝫ. Prudenter itaq; ⁊ rectiſſime religionū inſtitutores ſuis deputarūt filijs certas horas nō ſolum ad cantandū/ orandū/ ad meditandū: verū etiā ad labores manuū exteriores faciēdū. ꝓut clare ꝑꝫ in regula ſcti Benedicti: ⁊ alioꝝ approbatoꝝ ordinū inſtitutiōibꝫ. Nō em̄ aliq̄ cogitatio tā turpis/ tā abominabilis malaꝝ execrāda: quā nō inueniat deteſtanda ocioſitas. Hec Gerſon. Et idē in ſerm̄. de ꝟbis dñi. Uenite ad me oēs q̄ laboratis. ponit ip̄e pl'es hoīum labores. Peccāt q̄ꝫ parētes (vt idē ſcribit ꝑte. iiij. ſer. dñice ſeptuageſime de accidia) cū nō docēt pueros laborare vno vl' alio modo. Aliō ꝑiculū eſt: future paupertatis ꝑiculū: ⁊ d̄ malis q̄ eueniūt: ꝑſertim in ſenectute ⁊c̄. Diſcretio autē laboꝝ eſt neċaria: vt ibidem oſtēdit Gerſon ꝑ mlt'a exēpla. Differūt laborare ⁊ eē oneratū: vt idē ſcribit in ſer. Uenite ad me. vbi ſ̄. Nā qui leuē aliquā moleſtiā ſuſtinet: laborare ſimpl'r dici pōt. qui ꝟo grauē/ ⁊ q̄ ſupra vires ſuas eſſe videat' portat: iure oneratus eſſe narratur ⁊c̄.

**Lac** plura ſignat ſm̄ ꝓprietates apud doctores: vt ⁊ ſcribit frat' Pelbartꝰ lib. ij. roſa. theolo. in dictione/ Lac. Pꝛio ꝓpter albedinē ſignat caſtitatē ⁊ ꝟtutuꝫ cādorē. Cāticoꝝ. v. Quaſi colūbe inq̄t lacte lote: idest: cādentes puritate: ⁊ ꝑ ꝯñs gratioſe hoībꝫ. ſic ⁊ anime tales dō accepte ſunt ⁊c̄. Aliq̄ñ ſignat ꝓpt' dulcedinem ſapie diuine dulcorē deſiderabilē. j. Pet'. ij. Rationabiles lac ꝯcupiſcite. Aliq̄ñ ꝓpter ꝯueniētiam lactis in alimētū paruuloꝝ: ſignat facilē doctrinā nouellis vl' ſimplicibꝫ in fide tribuendā. j. Coꝝ. iij. Quaſi carnalibꝫ tanq̄ paruulis in chr̄o lac vobis potū dedi ⁊c̄. Un̄ Hiero. ſuꝑ Judic̄. homel'. v. dꝛ. Lactis cibus in ſcpturis dꝛ moral' inſtructio doctrine: q̄ incipientibus velut paruul' dat'. ſ. moꝝ inq̄t correctio/ enūciatio ſimplicis fidei/ ⁊ diſciplina correctiōis/ ⁊ ſctē conuerſatiōis: nō ꝓfunda ⁊ ſecretiora myſterioꝝ eis ſtatim tradēda ſt'. Aliq̄ñ lac ſignat malū. Juxta illō Pſ̄. Coagulatuꝫ eſt ſicut lac cor eoꝝ .i. maloꝝ: q̄ lac coagulat' in caſeū: ⁊ tandē ex caſeo per decoctionē fit fortiſſimū bitumē: adeo ꝙ etiā marmora ⁊ duriſſimos lapides in fractiōe ꝯnectit. ꝑ ſignat obſtinatiōis compreſſionē in malo.

**Lachryma** eſt humor ex oculis flentiū manās. Flere aūt eſt lachrymas fundere: ⁊ lachryme cauſant' ex triſticia: ⁊ aliq̄ñ ex affectꝰ teneritate: ꝑcipue cū cōſiderat' delectabile cū triſtabili: vt ex deuotiōe. ex ſan. Tho. ij. ij. q. lxxxij. ar. iiij. Lachryme aūt ſunt vtiles: niſi ſint nimie. Un̄ Gerſon ꝑte. iij. de religiōis ꝑfectiōe/ ac moderatiōe ait. Ferme nihil mentē noſtrā ſic purgat: illuminat ⁊ ſerenat vt ꝓfunda cōpūctio/ ⁊ lachrymaꝝ inundatio. Ueꝝ id q̄dem ſi obſeruat' illō/ ne quid nimis. Fit aūt nimis dū ex his incurrit' euacuatio ⁊ ꝑturbatio cerebri. duꝫ ꝑterea flens reddit' impotēs ad oꝑa ſibi de neceſſitate faciēdū incūbentia: vl' ex voto vel ex ꝑcepto vl' ex ſuꝑioris inſtituto. quāobrem hec lachrymaꝝ ꝓfuſio nōnunq̄ eſt abijciēda ⁊c̄. Hoc idē vult ꝑte. iij. de exercitijs diſcretꝫ deuotoꝝ ſimpliciū. vbi ⁊ vult ꝙ lachrymaꝝ abūdantia tētatiōes malas ⁊ cogitatōes: ⁊ maculā anime efficacit' abluit: ⁊ purgat ⁊ extinguit. ſi tñ̄ diſcretio non deſit: ita vt caput/ ſenſus ⁊ rō nō ledant': ⁊ dūmodo firma ſpes de dei miſericordia nō abſit ⁊c̄. Quiſq; aūt flet deliberate tēporalia/ vel ſeipm̄ (vt idē ſcribit tract'. vj. ſuꝑ cātico ꝟginis) aut addit ꝯditiōem deo. quā apponere chr̄s docuit tam ꝟbo q̄ exēplo ſuo: Uerūtamen nō ſicut ego volo/ ſed ſicut tu: fiat volūtas tua. Et ita plorat meritorie ſi dicto ſuo nō diſſentit affectꝰ vel effectꝰ ſuꝰ. Si ꝟo ꝯditiōem hmōi nec affectꝰ nec effectꝰ plorantis addiderint/ actu vel habitu lamentū iam eſt ſeculi/ nō ſm̄ deū: ⁊ mortē operat'. Uide latiꝰ ibi Gerſonē. Felices āt ſūt lachryme (inq̄t Bern̄.) q̄s benigne manus ꝯditoris abſtergūt: ⁊ beati oculi q̄ in talibꝫ liq̄fieri elegerūt q̄ꝫ eleuari in ſuꝑbiā/ q̄ꝫ om̄e ſublime videre/ q̄ꝫ auaricie ⁊ petulātie famulari. Et Caſſiodo. ſuper pſ̄. Fuere mihi lachryme mee: ait. Fletꝰ eſt cibus aīaꝝ: corroboratio ſenſuū: abſolutio pctōꝝ: refectio mentiū: lauacꝝ culpaꝝ. Et Chryſ'. Lachryme lauāt delictū: qō pudor eſt ꝯfiteri. Idē ſuꝑ Matth. Sicut poſt vehemētes imbres/ mōs ac aer purꝰ efficit': ita ⁊ poſt lachrymaꝝ pluuias ſerenitas mentis ſequit' atq; tranq̄llitas. Grego. in paſto. Uniuſcuiuſq; mens tātū penitēdo cōpūctiōis ſue bibat lachrymas/ q̄ntū ſe a deo memīt amiſiſſe ꝑ culpas ⁊c̄. Plura alia ſimilia al's inueniuntur.

**Laicus** vno mō capit' ꝓ indocto/ imꝑito/ inſipiēte ⁊ lapideo. Un̄ laicꝰ dꝛ a laos grece/ qō eſt lapis latine. Scd̄o mō laicus capit' ꝓ hoīe nō habēte ordinē ſacramētalē in eccl'ia chr̄i: vt ſcribit Brulefer diſti. v. q. j. li. iiij. De q̄ videas ⁊ in dictiōe Clericus. Et nota qō ſcribit ſctūs Bonauē. diſt. xxxiiij. ar. ij. q. j. lib. ij. De q̄bꝫ laicis in q̄bꝫ mat' cecitatis ſuꝑbia regnat/ q̄ntuꝫ ad ea q̄ ſunt fidei ⁊ moꝝ. Cū em̄ ſicut idiote ꝑſumūt ſacrā ſcpturā exponere q̄ eſt ꝓfundiſſima oim̄ ſcripturaꝝ. Cū iteꝝ habeāt q̄ndam honeſtatē exteriorē/ ꝯtemnūt vitā oīm alioꝝ: ⁊ merito huius duplicis ſuꝑbie excecant'/ vt incidāt i errorē iſtū peſſimū ꝑ quē excecant' a deo/ vt neſciant diſcērnere q̄d bonū eſt ⁊ q̄d malū: dum multa genera pctōꝝ ponūt eſſe a deo malo. Quos Eſa. ꝑmōſtrat. v. ca. Ue q̄ dicitis malū bonū/ ⁊ bonū malū: ponētes tene. lucēꝫ: ⁊ lucē tenebras ⁊c̄. Quare nō oēs ſcpture libros legāt laici. Om̄ nihil ē tā ſctm̄ ⁊ ſalubre ⁊ piū q̄ nō ꝯtingat abuti. ſic de libris euenit (inq̄t Gerſon parte. j. in ꝑncipio de laude ſcriptoꝝ ꝯſidera. xj.) q̄ꝫ nō eſt culpa: neq; ſcribentiū: ſed ſcelus eſt in abuſu. nō tñ̄ arcēdi vident' (vt idem ait) ab opuſcul' moralibꝫ ⁊ deuotis: nullam in ſe difficultatē/ nec ambiguitatē/ nec abſurditatē in tranſlatiōe gerentibꝫ: cuiuſmodi ſunt hiſtorie: vel vite/ vel legende ſanctoruꝫ: necnō meditationes ſancte ⁊c̄.

**Lamentum** q̄rela/ q̄ſtus. Et eſt duplex lamētū (vt l'ris prodidit Gerſon tract'. vj. ſuꝑ Magnificat. Unū eſt in ſola rōne/ nō redūdās paſſional'r ad ſenſualitatē. ⁊ ꝓ appellat' diſplicētia vl' odiū/ vel deteſtatio vel abominatio libere elicita per iudiciū rōnis. Sic ꝓportionabil'r de gaudio ⁊ deſiderio: ⁊ ita general'r de om̄i noīe paſſionē ſonāte competit accipe ſuo mō. Lamētū aliud eſt qō orit' ⁊ radicat' i ſenſualitate: aut ortū in rōne deriuat': et redūdat ad cor ſenſuale. nō aliter d̄ ceteris affectibꝫ/ q̄s ph̄i ſolas ꝓprie voluerūt dici paſſiones q̄ ſenſum afficiunt ⁊ q̄dāmodo affligunt. Itē lamētum aliq̄d eſt tēporale: ꝓ eſt ꝓ ſolis temporalibꝫ incōmodis apprehenſis a ratione: ſub rōne pene afflictiue. Aliud ſpūale ꝓ ſolis malis culpe apprehenſum ſub ratione offenſe diuine bonitatis ⁊ iuſticie. Lamentum pene habent damnati/ nō lamētum culpe vt offenſiua fuit: aut eſt diuine iuſticie q̄lit' eſt in viatoribꝫ plurimis inuenire. Et lamentū culpe ꝓut eſt offenſiua diuine iuſticie hoc ſolū ⁊ ꝓꝑe eſt laudabile. ⁊ meritoriū: nec pōt ꝓcedere: niſi ab electiōe libera volūtatis: de quo multa Gerſon vbi ſupra.

**Largitas** liberalitas. Differūt āt largitas humana ⁊ diuia. Un̄ Gerſon ꝑte. iij. ꝑte. j. de mendacitate ſpūali. Alia longe eſt diuinorū: ⁊ magnificētie dꝛ cōditio/ q̄ abſq; detrimēto ſui: dat om̄ibꝫ affluent'/ ꝓmptiorq; eſt ad eādē: q̄ꝫ ſumꝰ ad recipiendū. Jōq; vult ſemꝑ eſſe ꝑ ſanctū deſideriū diſpoſituꝫ ad ſuſcipiendū dona ſua: q̄nto em̄ ea feruentiꝰ deſiderabis ⁊ petes: tāto abundātiꝰ accipies ⁊c̄. Alit' eſt largitas humana: q̄ nō ita omnibꝫ ſubuenire defectibꝫ pōt: ſic̄ diuina largitas. de q̄ fuſius Gerſon vbi ſ̄.

**Laſciuia** ſm̄ Caſſiodoꝝ ſuꝑ pſ̄. ē indecēs motꝰ diſſoluti aīi: ⁊ corꝑis ex intēperantia carnali ꝓcedens. Uel laſciuia eſt mollicies petulantia: ⁊ nequitia. A laſciuio .i. molliter ago: ⁊ laſciuit ⁊ molliter nequiter ⁊c̄.

**Latria** Nomē latria (vt ſcribit Scotꝰ diſt. ix. li. iij.) pōt equiuoce accipi. Uno mō ꝓ cultu ſiue reuerentia exhibita dō in actu interiori rōne ſūmi dominij: vel ſūmi boni. Uel ꝓ reuerētia exhibita dō actu exteriori: vl' habitu iclināte ad talem actū. Et ſm̄ eum eſt ꝟtus moralis: ⁊ nō theologica: q̄ nō habet deū ꝓ obiecto/ ſed honorē deferendū dño increato. Latria itaq; eſt reuerentia ſoli dō debita: ⁊ ſibi exhibita. Hāc diffinitōeꝫ declarat Brule. diſt. ix. q. j. li. iij. Latria eſt ſūma veneratio potētialis. Cultus reuerētia honor i propoſito ſūt idē ⁊ religio. Religio aūt ſm̄ Tul. eſt q̄ ſuꝑiorꝫ cuiuſdā nature (quā diuinā vocāt) cultū cerimoniaq; affert: ⁊ a tali religione dicunt' oēs chr̄iani religioſi de religiōe chr̄iana: cuiꝰ religiōis chr̄s ē ſūmꝰ ꝑriarcha. Dꝛ et latria pietas: in q̄ntū tēdit i deū ſūmū bonū: q̄ eſt pat' oim̄ ſūmꝰ. Dꝛ ⁊ ſeruitꝰ ſimpl'r ⁊ anthonamaſice: q̄ ip̄e deꝰ ſic̄ eſt ſuꝑmꝰ dñs. ſic ē ſibi corrn̄dēs ſūma ſuitꝰ/ q̄ dꝛ latria. d̄ q̄ ſuitute dꝛ ſaluator Mat. iiij. ⁊ Deut'. viij. Soli deo ſerues. Hec Brulefer vbi ſ̄. Latria (vt vult Aug.) noiat illō q̄ colit' deꝰ. Quō aūt colit' deus pt̄ intelligi dupl'r: vt ſcribit s. Bona. diſt. ix. ar. ij. q. j. li. iij. Aut ſic̄ actu: aut ſic̄ habitu. iō nomē latria equiuoce dꝛ. ⁊ aliq̄ñ ſtat ꝓ actu: aliq̄ñ ꝓ habitu: ſm̄ aūt ꝙ ſtat ꝓ habitu ip̄iꝰ anime habilitāte ipaꝫ ad cultū dei: ſic ē habitꝰ ꝟtutꝫ in q̄ntū ē circa bonū: ⁊ difficile ⁊ meritoriū: ⁊ ad ſalutē neceſſariū. ⁊ circa hꝰ oꝑa ꝑcipue cōſiſtit ꝟtutꝫ habitꝰ. Probat ⁊ ibidē s. Bona. ꝙ latria ſit ꝟtꝰ cardinal'. q. iij. vbi ſ̄. q̄ eſt cultꝰ deo debitꝰ. Un̄ ſꝫ Aug. d̄ ciui. dꝛ. li. x. c. j. Idē eſt apō Grecos latria qō apō nos religio: excepto ꝙ nomē religiōis ē i plꝰ. Un̄ ibidē dꝛ ꝙ cultꝰ dō dbitꝰ q̄ttuor noībꝫ nūcupat'. duobꝫ apud grecos: et duobꝫ apud nos. Apō grecos nāq; dꝛ latria: ⁊ theoſebia/ ſiue euſebia: apō nos ꝟo dꝛ pietas: ⁊ religio: ita ꝙ iſta duo noia rn̄dēt iſtꝫ duobꝫ: licet q̄dāmō ſint in plus. Dr̄nt aūt latria ⁊ theoſebia ſꝫ ꝓpriā acceptiōeꝫ: licꝫ aliq̄ñ accipiāt' ꝓ eodē q̄ theoſebia dꝛ cultū interiorē: q̄ ꝓꝑe ſpectat ad ꝟtutes theologicas/ ſꝫ latria ſuitutē exteriorē q̄ ſpectat ad iuſticiā. ſ. ꝟtutē cardialē. Hec Bona. vbi ſ̄. Si āt latria dꝛ cultꝰ interior: cū ille cōſiſtit i credendo: ⁊ diligēdo: ⁊ ſperādo deū: ſic dꝛ ꝟtꝰ theologica non ab alijs diſtincta/ ſꝫ cōſeq̄ns ad oēs illas: de q̄ latiꝰ Bona. q. iij. vbi ſ̄. Et latria (ſm̄ Jaco. de valen̄. pſ̄. xxviij q̄ a ꝑdictꝫ nō diſcrepat) eſt cultꝰ ſoli dō debitꝰ rōne ſū

me͂ oĩpotẽtię ⁊ maieſtatis ⁊ ſapiẽtię ⁊ bonitatꝭ/⁊ ĩ
munere ⁊ cõfeſſione laudis ⁊ adoratiõe cõſiſtẽs ⁊ ſic
ꝺ iure ꝓpter ſeipm̃ debet deo ipa latria: ſʒ adhuc chꝛo
⁊ deo pr̃i reſpectu nr̃i debemꝰ ⁊ tenemur exhibere la
triã ꝓpter tria bñficia recepta.ſ.creatiõis/redẽptiõis
⁊ glꝛificatiõis/⁊ rõne victorie ⁊ triũphi/quẽ chꝛs obꝰ
tinuit de mũdo ⁊ diabolo ⁊c̃. Eadẽ dic̃ pſ̃.xliiij.et ſic
ꝟe chꝛs cõpepit latria:qꝛ creator ⁊ vniuerſal' dñs/⁊ iu
dex/⁊ redẽptor ⁊ verꝰ deꝰ (vt idẽ ſcribit.pſ̃.lxxj.) Et ſʒ
eũdẽ pſ̃.xcv.latria cõſiſtit ĩ trib͛.ſ. ĩ cõfeſſiõe fidei ⁊
laudis cũ mũdicia cordis/⁊ in oblatione ⁊ adoratio/
ne. Et vt idẽ oſtẽdit differt latria veterꝭ teſtamẽti ⁊ no
ui. Nã illa latria nõ fiebat cũ tali ꝯfeſſiõe interiori ⁊
exteriori/nec cũ tãta mũdicia ex pte offerẽtis ⁊ obla/
ti:qꝛ ibi offerebant aĩalia bruta. Hic aũt offert ſacri/
ficiũ puꝝ ⁊ mũdũ de ſe bonũ ⁊ acceptabile. Et ſic la/
tria nr̃a fit cũ maiori ſcẽimonia ⁊ magnificẽtia: qꝛ of
fertur chꝛs deꝰ ⁊ hõ: agnus ſine macula ⁊ imortalis
Hęc ille. In q̃libet inſuꝑ re ꝺo ſoli debet laus honor
⁊ glꝛia:ſicut ipe eſt oĩa ĩ oĩb͛. Hinc Pſ̃. Oĩs terra ſi/
ue oĩs creatura adoret te deꝰ ⁊ pſallat tibi:pſalmũ di
cat nomini tuo altiſſimo. Nulli ꝟo creaturę dat laus
hmõi ꝑ latriã (vt ſcribit Gerſon pte.iij.trac̃.j.de cãti
coꝝ origĩali rõne) nec vt ſignũ eſt vt imago: nec ꝓpt
aliã quãuis attributiõeʒ ſi ꝓprie ſentiamꝰ:ſic̃ nll'a res
creata ſummũ bonũ eſt:neqʒ vt res neqʒ vt ſignũ vel
aliꝺ attributũ. At vero laudamꝰ in creaturꝭ deũ ado
ratiõe latrię:ſicut in cruce ⁊ ĩ imaginib͛ chꝛi: imo ſic̃
in oĩ re.quẽadmodũ q̃libet eſt imago vel veſtigiũ te
nuę trinitatꝭ/nõ minꝰ naturalit' q̃ʒ aliq̃ ſit artificiali
ter. Caue tñ in laude vel latria creaturaꝝ a ſcãdalo q̃
le fieret ſi adoraret publice deꝰ in demone vl' eiꝰ ima
gine in aſino vl' in bufone: imo nec ĩ angelis et hoĩb͛
q̃ntũcunqʒ ſctis quũ ꝓprius eis et alter honor ineſt.
Hęc Gerſon. Et ꝑ latriã vt ſemel dicã intelligit theo
ſebia.i.cultꝰ vel ſeruitꝰ ſoli deo debitꝰ/q̃ ⁊ adoratio
ſtrictiſſime ſũpto vocabulo dici ſolet. de q̃ latiꝰ vide
ſuꝑ ĩ dictiõe Adoratio. ⁊ Gab.lec̃.xlix.canonis.

**Laus** eſt ſermo elucidãs magnitudinẽ ꝟtutis ſʒ
Ariſto.li.j.⁊.iij.rheto.⁊ b.Tho.ſuꝑ.pſ̃.x/
vij. Dicit aũt a laudo ꝟbo qꝺ aliqñ ſcat verbis extol
lo. Hora. Laudabũt alij clarã Rhodon aut Mithi
lenẽ. Aliqñ idẽ eſt qꝺ noĩo. Plautus. Id vt ſcias Jo
uẽ ſupmũ teſtẽ laudo. Uñ illaudatꝰ qui ne noĩari q/
dẽ dignꝰ eſt.hoc ẽ illaudabilis. Ul' laus ſm aliq̃s ꝓ/
prie eſt vox ꝓpl'i de aliq̃ recta loquẽtis. Differũt autẽ
laus ⁊ laudatio: ꝙ laudatio eſt oĩo ipa laudantꝭ lau/
des ꝯtinẽs ipiꝰ laudati. Laus ꝟo ẽ virtus ipa nõ ali/
unde ꝓueniens:ſed ſuis nixa radicib͛. Uirgiliꝰ. Pri
mã merui q̃ laude coronã. Hic laudabile dignũ lau
de (⁊ collaudo ſil' laudo) deducunt. Differũt ⁊ laus ⁊
honor vt ſcribit Jaco.de Ualẽ.pſ̃.cxlviij. Nã honor
ẽ pmiũ ꝟtutis ⁊ tribuit bonis.iiij.ethi.aut eſt exhibi
tio reuerẽtię in teſtimoniũ ꝟtutis ſm Ciceronẽ. Sed
laus eſt cõmemoratio bñficioꝝ receptoꝝ. Et ſic ho/
noramꝰ bonos ⁊ ꝟtuoſos indifferent':ſed laudamus
benefactores agendo gratias ꝓ beneficijs receptis.
Sed qꝛ quicq̃d boni ẽ in nobis recepimꝰ a deo. Jam
nõ ſolũ tenemur honorare deũ eo ꝙ eſt bonus de ſe:
ſed etiã iugiter tenemur laudare eũ cõmemorãdo be
neficia eo ꝙ oĩa recepimus a deo:⁊ qꝛ oĩes creaturę
quicq̃d boni habent a deo acceperunt:ideo oẽs lau/
dare debẽt. Hinc Pſ̃. Laudate dominũ de cęlis ⁊c̃.
Laus igit ꝓprie deo debet a quo eſt oĩe bonũ ⁊ me/
ritũ nr̃m. Hic Aug.ad Sixtũ pſbyteꝝ. Cũ coronat
deꝰ merita nr̃a nihil aliud coronat q̃ʒ mũera ſua.

**Laudabile** accipit multiplicit' (vt ſcribit Gab.
di.xvij.q.j.ar.iij.dub.iij.li.j. Uno
mõ ꝓ oĩi natura q̃ eſt bona ſiue ſit creata ſiue icrea
ta. Sic loquit Aug.iij.de libe.ar.dicẽs. Si laudat
rõnalis creatura q̃ facta eſt nemo dubitet laudandũ
eſſe q̃ fecit. Alio mõ dicit cuiꝰ bonitas ordinat ad ali
quẽ aliũ actũ. Et ſic dicit.j.ethi. ꝙ optimoꝝ non eſt
laus. Tertio mõ accipit laudabile vt opponit vitupa
bili: ⁊ ſic eſt aliqꝺ bonũ exiſtens in nr̃a poteſtate di/
gnũ retributione ⁊ laude. Sic̃ vituperabile eſt aliqꝺ
vitiuʒ exiſtens in nr̃a poteſtate dignũ increpatione
⁊ pęne. De iſto dicit.iij.ethi.a phõ. Nullus itaqʒ im/
properabit cęco ex natura vel infirmitate vel ex pla/
ga:ſed magis miſerebit. Cũ aũt q̃ ex vini potatõe vl'
alia incõtinẽtia oĩs vtiqʒ increpabit. Earũ aũt quę cir
ca corpus maliciaꝝ q̃ in nobis increpant/q̃ aũt non
in nobis nõ. Et ſic accepit Augu.iij.de libe.ar. Mo/
tus q̃ huc vel illuc voluñtas cõuertit niſi voluntariꝰ.
atqʒ in nr̃a poteſtate poſitus/neqʒ laudandus cũ ad
ſuperiora neqʒ culpandus hõ eſſet cũ ad inferiora de
torquet. Primo ⁊ ſecũdo mõ charitas eſt laudabilis
ſed nõ tertio mõ. Nec ſumus laudandi ſic:qꝛ deus in
fundit nobis charitateʒ/q̃ nõ eſt in nr̃a ptãte: q̃ʒuis
ſumus aliq̃ mõ laudabiles/ſi nos diſponimꝰ ad reci
piendũ charitatẽ. Similit' charitas laudabilis ẽ/in/
quantũ ẽ operꝭ meritorij cauſa ⁊ principiũ. Gabriel.
Ratio aũt laudis vel vituperij fundat in libertatem
arbitrij vt ſcribit Gerſon.parte.iij.de paſſionib͛ ani
mę ꝯſide.vij. quare paſſiones oĩes in aĩalib͛ bru/
tis cenſendę ſunt bonę ⁊ pulcrę. Exẽpli grã. Auda
cia ⁊ animoſitas in leone ⁊ gallo: ira in tigride ⁊ apro
voluptas in porco/hirco/⁊ paſſere:timiditas in lepo
re ⁊ oue:fraudulentia in vulpe:adulatio in cane: ſuꝑ
bia in equo:triſticia melãcholica in catto: auaricia ĩ
cornice. Paſſiões itaqʒ iſtę neqʒ malę ſunt vel defor/
mes in genere moris/cuʒ deſit ipis aĩalib͛ libertas
arbitrij in q̃ fundat ratio laudis vel vituperij. Hęc
Gerſon. Pręterea laudabilis is dicit q̃ bene agit: vt
ſcribit Gab.di.xxiij.q.j.ar.j.li.iij.qm̃ ſicut ꝓpter paſ/
ſiones:ita ꝓpter actus ſm ſe ꝯſideratos ſimpliciter vt
ſunt actꝰ appetitus ſenſitiui:nõ vt cõformit' vl' diffor
mit' rõni recte ſunt eliciti nullus laudat vel vitupera
tur. Sed ſm paſſiones ⁊ actus vt cõformes vel dif/
formes ratiõi rectę laudamur vel vituꝑamur. Laus
igit ⁊ vituperiũ ſm phm̃ (vt ait Gab.) nõ cõuenit paſ
ſionib͛ intrinſece eſſentialit' ⁊ ex ſe:ſed ꝑ quãdã deno
minationẽ extrinſecã ſcʒ ꝑ moderationẽ virtutꝭ. Ex
q̃ ſequit ꝙ quãto aliquis eſt magis paſſionatꝰ ſicut
oportet/⁊ quãdo oportet ⁊ ꝓpter qꝺ oportet ⁊c̃. tan/
to laudabior eſt ⁊ virtuoſior ⁊ ecõuerſo magis paſſio
natus ſicut nõ oportet ⁊ qñ nõ oportet ⁊c̃. eſt magis
vituperãdꝰ magiſqʒ vitioſus: ⁊ ſicut ꝟtus habet ſe/
dare paſſiones: ita ⁊ actus appetitꝰ ſenſitiui. Uirtu
tis eñi eſt excitare paſſiões ⁊ actus qꝺ idẽ ẽ.qñ opor/
tet puta iraſci/timere/audere ⁊c̃. Eius etiã ẽ ſedare
paſſiões vitioſas ⁊ refrenare ſiue ſuꝑabundãtes ſi/
ue deficientes et reducere ad medium ſm debitas
circũſtãtias.hoc ẽ cohibere appetitũ ſenſitiuũ ne eli/
ciat actus cõtra rõnẽ:⁊ excitare vt eliciat ſm rationẽ.
Hęc Gabriel.⁊c̃.

**Legitimum** dicitur quod eſt legi conforme vt
inquit Gerſon parte ſecunda de
cõtractibus parte.j. ꝯſideratione.j. Illegitimũ ꝑ op
poſitum idem quod illicitum ⁊c̃. Contractus auteʒ
quidam ſunt legitimi quidam illegitimi vt ibidem
oſtendit Gerſon.



**Lenitas** clemẽtia vel manſuetudo vel mititas:
Nihil eñi ita efficax ad correctiõeʒ emẽ
dationẽqʒ multoꝝ repertũ eſt quẽadmodũ lenitas.
vt inq̃t Gerſon parte.ij.de paruulis ad chꝛm trahen
dis ꝯſidera.iiij. Nihil eñi homini meliꝰ eſt facilitate
⁊ clemẽtia (ait comicꝰ) Hinc ſaluator noſter ait. Diſci
te a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde. Jd ꝓbat Ger/
ſon ꝑ multa exempla. Quis egregiũ doctorẽ Augu.
tanq̃ʒ ſidus aliq̃d beniuolũ adq̃ſiuit eccl'ię: Ambro.
Qua virtute: vtiqʒ beniuolẽtia ⁊ mititate. Uideto la
tius ibi Cancellariũ.

**Leo** in ſcp̃tura qñqʒ ſignificat diabolũ/ꝓpter ſeuã
voracitatẽ.j.Petri.v. Aduerſariꝰ veſter dia/
bolꝰ tanq̃ʒ leo rugi.cir.que.quẽ deuo. Qñqʒ ſcat ho/
minẽ ſcm̃:ſicut Marcus figuratus eſt ĩ facie leonis
Ezechielis pmo.

**Leſio** inflictio vel moleſtia ⁊c̃. Leſio corpis eſt du
plex vt ſcribit Gabriel diſt.xv.q.xv.ar.j.li.
iiij. Quędã infert damnũ vltimũ:puta mortẽ vel mu
tilatiõem membroꝝ/aut vulneratiõem irremediabi
lem:ꝑ qꝺ reddit inutile ad exercitiũ oꝑatõnũ natura
lium ſibi debitaꝝ. Alia eſt citra vltimã:⁊ eſt vulnera
tio vel debilitatio organi vel mẽbri curabilis:aut nõ
in toto tollẽs oꝑatõem nãlem:ſed aliq̃ntulũ impedi
ens. Prima dꝛ leſio enormis:ſcꝺa mediocris/⁊ in le
ſionib͛ citra mortẽ:tenet ledẽs dãna q̃ incurrit leſus/
atqʒ ꝯiuncti pñſentia ⁊ futura:paſſoſqʒ dolores com/
penſare/⁊ medicoꝝ impẽſas (ſi q̃ factę ſunt) ſoluere.
Hoc probat poſt Scotũ Gabriel arti.ij.concluſione
q̃nta vbi ſupra.

**Leticia** eſt geſtiẽtis animi elatio voluptaria ſm
Cic̃.li.iij.de fin.bono.⁊ maloꝝ. Uel lęti/
cia in anĩo eſt cõmotio ſuauis iucũditatis in corpore
ſm eundẽ li.ij.de fi.bo.⁊ ma. Aut lęticia eſt exultatio
q̃dam animi gaudio efferuẽtiore euẽtu reꝝ expetita
rũ ſm Aulũ Gel'.li.ij.nocti.acti.c.xxvij. Uel ſm btm̃
Tho.iiij.ſen.diſ.xlix.q.j.ar.j. Leticia eſt exp̃ſſio vl' ef
fectꝰ inferior ſm ꝙ ipe affectꝰ dilatat roboratꝰ ⁊ ꝑfectꝰ
ex ꝯiũctiõe appetitꝰ. Diciturqʒ leticia q̃ſi laticia.quia
dilãtat vt dꝛ Gerſon parte.iij.tract.ij.de canticordo.
Sũt aũt duę lęticię.ſ.bona ⁊ mala/ſm phm̃: vt ⁊ re
fert Gerſon pte.ij.ſmõe de oĩb͛ ſanctis:q̃ incipit Ex
ultabũt ſcti. Una q̃ eſt ſtudioſoꝝ:pura/laudabil'/trã
q̃lla/diuturna. Hinc eſt illꝺ ꝙ ꝑhia admirabiles hʒ
delectatiões firmitate ⁊ puritate. Alia dꝛ q̃ a vicioſis
vitam pecudũ eligentib͛ inquirit.⁊ hęc fęda/turpis/
inq̃eta/breuis/ nocitura/qualis fuit Sardinapali.
Hanc lęticiaꝝ varietatẽ locis plurimis ſcriptura ſa/
cra nõ ſiluit. Letamini inq̃t iuſti in dño. Ecce bonam
leticiam. Audi malã. Jn maleficijs ſuis letificant re/
gem. Et talia ſine numero poſuit ſacra ſcp̃tura. Et il
lud Qui letant cũ malefecerint ⁊ exultãt in reb͛ peſſi
mis Prouerb.ij.

**Leue** dꝛ illud qꝺ eſt natũ ferri a medio: ſm Ariſ.
li.j.de cęlo ⁊ mũ. Leuiſſimũ aũt qꝺ ſuꝑfert
oĩb͛ alijs ab eo ſurſum latis. A q̃ leuitas: qꝺ aliqñ di
cit ſine põdere. Mõ ꝓ ſtulticia/incõſtantia/vilitate
ponit. Eſt ⁊ leuitas ſpũalis q̃ maxime ꝯſiſtit in feruĩ
da charitate:⁊ ecõtra grauitas in mortalis peti mali/
gnitate. Et ſicut ẽ in mãlib͛ ꝙ leuia petũt ſurſuʒ ⁊ g̃
uia deorſum.ſic eodẽ mõ eſt in ſpũalib͛. Quãobrẽ ſic̃
decedẽtes ĩ feruida charitate tẽdũt ad locũ ſũmũ:cę/
lũ.ſ.empyreũ/niſi ipediant: ⁊ h̃ ꝓpt' pũes antiq̃ teſta/
mẽti.⁊ ꝓpt' eos q̃ nõdũ ſatiſfecerũt ꝓ pctis/q̃ retardã
tur donec ꝑfectiꝰ purgant. Decedẽtes ꝟo in mortalis
peti deformitate/tẽdũt ad locũ infimũ q̃ ẽ terrę medi
um:ita ſcribit Tho.Argẽ.circa diſt.xlv.li.iiij.ſniaꝝ
Nã pctm̃ trahit deorſum:nõ ſm ordinẽ nãę (vt inq̃t
s.Bona.di.xlix.ar.j.q.ij.li.iiij.) cũ nõ habeat ꝯformi
tatẽ ad illũ:ſed ſm ordinẽ iuſticię:qꝛ pctm̃ cũ ſit viliſ
ſimũ diſponit hoĩem ad locũ viliſſimũ ⁊ infimũ

**Leuir** eſt frat' viri. Leuirices dicunt duoꝝ fratꝝ
vxores/q̃ nõ ſũt ſibĳpis affines:nec vir ſo
roris/⁊ vxor fratris.qꝛ affinitas nõ cauſat affinitatẽ
Oportet eñi ꝙ ſemꝑ ꝑſona q̃ eſt cã affinitatis ſit cõ/
ſanguinea alteri illoꝝ.palu.diſt.iiij.q.j.li.iiij.

**Leuita** Et ꝓprio noĩe leuitę appellant diaconi: vt
ſcribit s.Bona.in expoſitiõe textꝰ diſti.
xxiiij.li.iiij.) Jn q̃ noĩe claudit ꝓpriꝰ coꝝ actꝰ ⁊ pnci/
palis.ſ.miſtrare ſacerdoti ſpecial'r ⁊ imediate in ſa/
cramẽtis. Ad diaconos eñi ꝑtinet corpꝰ dñi trãſferrẽ
in pmitiua eccl'ia:etiã ſanguinẽ diſpẽſare.vñ imedia
te iſti ſacerdotib͛ aſſiſtũt ⁊ miſtrant. Et dicunt leuitę
vt idẽ ait:ñ ꝙ officiũ hẽant leuitaꝝ:ſʒ qꝛ ꝯſil'e illi ⁊ ꝑ
illꝺ officiũ p̃figuratũ.

**Lex** eſt rõ ſũma inſita ĩ nã:q̃ iubet ea q̃ faciẽda ſũt
ꝓhibetqʒ ꝯ̃ria. Eadẽ rõ quũ ẽ in mẽte hoĩs cõ
firmata ⁊ ꝯfecta ẽ lex. Cice.li.j.⁊.ij.de legib͛ ait. Lex
eſt neqʒ hominũ ingenijs excogitata/nec ſctm̃ aliq̃d
populoꝝ:ſed ęternũ q̃ddã qꝺ vniuerſum mũdi rege
ret iperãdi ꝓhibẽdiqʒ ſapia. Jdẽ.ij.de nã deoꝝ. Lex ẽ
recti ꝑceptio prauiqʒ depulſio. Jtem lex eſt ꝯſtitutio
ꝓpl'i in q̃ maiores natu ſimul cũ plebib͛ aliq̃d ſanxerũt
vt hꝛ diſt.ij.c.lex. Tho.pma ſcꝺe.q.xc.ar.j. Lex eſt re/
gula ⁊ mẽſura actuũ agẽdoꝝ vel omittendoꝝ. Et.q.
xcj.ar.j.idem dꝛ. Lex eſt dictamẽ ratiõis p̃ctię. Ger/
ſon pte pma de origine iuris ⁊ legũ. Lex inq̃t eſt regu
la ꝯformitatẽ habẽs ad dictamẽ rectę rõnis. Jdẽ par/
te.ij.in recõmẽdatiõe licentiãdoꝝ in decretis ait. Do
minꝰ ſicut fecit hoĩem vt ſibi ſoli ſubiectꝰ dominare
tur cęteris reb͛ mortalib͛ :ita ſibi indidit p̃ cęteris ra
tiõem tanq̃ʒ legẽ intimã ⁊ vnicã. Neqʒ eñi ꝓpt' aliud
dꝛ hõ factꝰ ad imaginẽ ⁊ ſil'itudinẽ dei/niſi qꝛ ſui ca/
pax ꝑ rõnem effectꝰ eſt. Aug.⁊ expoſitores catholici.
Et idẽ Gerſon pte.iiij.in deſcp̃tiõib͛ termioꝝ ad the
ologiã vtiliũ dꝛ. Lex eſt recta rõ p̃ctica ſm quã moꝛꝰ
⁊ oꝑatiões reꝝ in ſuos fines ordinate regulant. Uel
eſt ipa tal' regulatio in q̃cunqʒ. Lex ſm Alexã.de ales
in.iij.pte ſũme eſt ſanctio ſctã/p̃cipiẽs honeſtũ: ꝓhi/
bẽsqʒ ꝯtrariũ. Et dꝛ lex a ligãdo.i.obligando: vt ſcri
bit Gabriel diſt.xxxvij.q.vnica.ar.j.li.iij. Uel a legen
do.i.dictãdo q̃d agendũ ſit.vel qꝺ publice legat. Et
q̃ʒuis iſtę terminꝰ lex ſit general ad oẽm legẽ creataʒ
vel increatã/nãlẽ/humanã vel diuinã:ſcriptã vel nõ
ſcriptã. tñ qñqʒ reſtrigit ad vnã ſpeciẽ: vt dꝛ Petrꝰ
de Aliaco. Et qꝛ lex decalogi obligatoria ẽ:q̃ ⁊ p̃ceptũ
⁊ mãdatũ dꝛ:extẽdẽdo p̃ceptũ ad ꝓhibitiõem.dicen/
dũ ẽ de ea.de q̃ videat Gerſ.lec.ij.de vita ſpũali aię:
⁊ ꝺ ptãte eccl'iaſti.ꝯſiꝺ.vlti.

¶ **Lex obligatoria** (vt notat Gab.di.xxxvij.q.vni
ca.ar.j.li.iij.) ẽ ſignũ veꝝ reuelatuʒ creaturę rõnali:
qꝺ ẽ notificatiuũ rectę rõnis dictãtis ligari eã ad ali
q̃d agẽdũ vel nõ agẽdũ ad vitã ęternã ꝯſeq̃ndã ⁊ da
mnatiõem euitandã: vt ſcribit Gerſon de vita ſpũali
anię.lecti.ij. Dicit ſignũ notificatiuũ:qꝛ nulla lex (in/
quit Gab.vbi ſ̃.) obligat libe.ar.ſi notificata nõ fue
rit:alioq̃n nãliter fatui ⁊ iſenſati:imo ⁊ bruta dicerẽ/
tur obligari/⁊ legẽ obligatoriã hꝛe.cuiꝰ trãſgreſſio eſ
ſet ipurabil' ad penã:⁊ obſeruatio ad pmiũ.qꝺ nullꝰ
dꝛ. Sʒ q̃d de paruul'i vtero mortuis ẽ dicẽdũ:ꝙ ibi
nec ẽ lex nec p̃ceptũ:cuiꝰ trãſgreſſio iputat ad nouaʒ
culpã actualẽ.ſʒ ẽ ibi q̃ddã ſtatutũ diuinũ:q̃ nõ obſ/

nato nõ reddit hereditas amiſſa in Adã pmo parēte. Vñ abſq; libera cõmiſſiõe vel omiſſiõe ad cuiꝰ oppoſitũ rõnalis creatura obligata fuerat pctm̃ eē nõ põt. Nullꝰ ꝙ̃ q igñãtiã inuincibilē ſufficient allegare põt trãſgreſſor legis appellari põt/ nec q̃ ad deũ nec q̃ ad hoies. plerũq; tñ apud hoies aliqs eſſe ſciēs pſumit: q2 nõ põt iuridice p teſtes iuſtã ignorãtię cauſaꝫ aſſignare. ꝓpter qd dãnat qñq; apud hoies ille/ q̃ vere eſt innocēs apud deũ. An aũt ſaluent ignorãtes legē. dicit Petrꝰ aliacē. q. ij. ar. ij. in fine li. iiij. Si alicubi eſſent ignorãtes legē ⁊ nomē chr̄i. ſ. ꝙ lex illa ſiue pceptũ baptiſmi eos nõ artat: nec illã ſeruare tenet: ſed de eius nõ obſeruãtia p ignorantiã excuſant: tñ pęnã leg iuſte ſubire cõpellunt. Exēplũ de latrone q legē hãc ꝙ latro ſuſpendat ſeruare nõ tenet: q2 nõ debet eſſe homicida ſui/ ⁊ tñ pęnã leg p iudicē iuſte cõpellit ſuſtinere. Sic dicendũ ē de infantibꝫ q decedũt ſine baptiſmate. ſ. ꝙ impotētia eos excuſat ab obſeruãtia pcepti de baptiſmo habēdo: ⁊ ideo eis nõ iputat ad culpã nouã ꝙ nõ fuerũt baptizati: ⁊ ita de circũciſiõe: ſꝫ nõ ſeqt ꝙ nõ dãnent: q2 ſola aĩa chr̄iana ſaluabit/ ⁊ q̃ pactũ dei ſeruauerit qd nõ ē in iſt ideo dãnant: nõ q2 culpã incurrerũt ex nõ obſeruãtia: ſꝫ q2 pactũ nõ ſeruauerũt. Hęc dñs Cardinalis vbi ſup. de quo legito alias latius.

¶ **Et lex eſt triplex** ſm qd triplex ē ſignũ notificatiuũ. ſ. mentale vocale ⁊ ſcriptũ: ſic triplex ē lex. ſ. indita ſiue p inſpirationē ſiue p nãlē dictamis euidētiã ſiue p doctrinã. Lex plata: lex ſcripta ſiue qd idē eſt lex mētalis vocalis ⁊ litteralis. Et dicit in deſcriptiõe leg vbi ſup. ſignũ verũ: q2 ſigna falſa ⁊ ſi qñq; ligare dicunt p accidēs quõ ligat cõſciētia erronea: nihilominꝰ de p ſe/ ⁊ ꝓprie leg obligatorie vim nõ habent. Dicit recte rõnis: q2 ſignũ rõnis erronee ꝓprie nõ eſt obligatoriũ: etiã ſi ſignũ eſſet verũ. Gratia exēpli. vt ſignũ ſiue ꝓpoſitio explicãs pceptũ aliqd emanaſſe a ſuperiore iniuſtũ: quãuis ſignũ ſit verũ/ tñ nõ ē obligatoriũ: q2 nõ eſt ſignũ recte rõnis. Mãdatũ eñ iniuſtũ nõ emanat a recta rõne. Dicit dictãtis ſeu volētis ligari creaturã rõnalē ⁊c̄. Ad excludendũ legeꝫ cõſultoriã aut pmiſſiuã. Etiã ad innuēdũ ꝙ recta ratio pcipiētis vna cũ volũtate ē ratio obligatiõis inferioris. i. q̃ inferior obligat. Nã quãtũcunq; notificet volũtas ſuperior niſi p illã velit ligari iferiorē: nõ cõſurgit obligatio. Vñ nec tenemur nos ꝯformare i oĩbus diuię volũtati/ niſi cũ deꝰ vult nos illi ꝯformari hoc eſt nõ tenemur velle quicqd deꝰ vult: etiã cognitũ vt tale. Sed tenemur velle qcqd deꝰ vult nos velle diuinę tñ volũtati cognitę tenemur nõ remurmurare. Hęc Gab. vbi ſ. ⁊ in pmo di. vlti. ⁊c̄.

¶ **Lex preceptiua** (vt ſcribit Gerſon. pte. iiij. in diffinitionibꝫ terminoꝝ ad theologiã vtiliũ) ꝓprie eſt lex libero arbitrio inſinuata ſigno vbo aut ſcpto iubens ſub pęna diſſolutiõis amicitię int deũ ⁊ liberũ arbitriũ ne ꝓ cõmodo vl incõmodo violet: ⁊ lex pceptiua ⁊ ſi multiplicit diuidi poſſit: tñ ſolet a doctoribus diuidi in legem diuinã/ naturalē/ ⁊ humanam ſiue poſitiuam.

¶ **Lex diuina** eſt ſignũ verũ creaturę rõnali reuelatũ notificatiuũ recte rõis diuinę volēt teneri illaꝫ ſeu ligari ad aliqd agēdũ vl nõ agendũ ꝓ cõſecutiõe fęlicitat ęternę. Et dr̄ reuelatũ ad excludēdũ legē naturalē ⁊ humanã/ q̃ nõ habent p reuelationē imediatē a deo. Dicit ꝓ ꝯſecutiõe ad excludendũ leges politicas etiã a deo reuelatas: vt ſũt leges vete. teſta. q̃ dicunt iudiciales. Vñ nõ ibi pciſe dr̄ lex aliq̃ diuĩa ſeu de iure diuĩo appropriat: q2 reuelata. Tradidit ei deus plꝛes leges pñibꝫ vete. teſta. ꝓ regimie politico ⁊ ciuili. vt puta iudiciales/ q̃ nõ imediata ⁊ directa itētione ordinãt ad finē vltimũ ⁊ ſupnaturalē: ideo nõ ſũt ꝓprie diuię. Et lex diuĩa (vt ſcribit Aliacē. q. veſperiarũ) vt ſumit ꝓ legꝫ diuinitꝰ iſpirata q̃lis ē lex Moyſi vl chr̄i. Uno mõ põt ſumi ꝓ aliq̃ regula vna data a deo aliqd pcipiēte vel ꝓhibēte. Alio mõ ꝓ aliq̃ vna cõgregatiõe plꝛes tales regulas cõtinēte q̃lit tota doctrina chr̄i dicit lex chr̄i. Sic capiēdo adhuc ſumi põt ſtricte ꝓ aliq̃ totali cõgregatiõe ſolũ ꝯtinente pcepta ⁊ ꝓhibitiões: q2 hęc duo ſolũ ptinent ad legē ꝓprie dictã. Alio mõ poteſt ſumi large ꝓ aliqua totali cõgregatione: nõ ſolũ cõtinente pcepta ⁊ ꝓhibitiones: ſed etiã cõſilia ⁊ ꝓmiſſiones pmioꝝ/ cõminatiões ſupplicioꝝ ⁊ multa hmõi: q̃ licet nõ ſint de ſubſtantia legis ꝓprie: q2 nec ligant nec obligant eo ꝙ his nihil imperatur aut ꝓhibet: ipſa tñ ſunt fortiſſima adiutoria ad legē ſuſtinendã. ideo dicunt partes legis diuinę cõiter dictę. Et lex diuina ſm Gerſonē parte. iiij. in deſcriptionibꝫ terminorũ ad theologiã vtiliũ in hoibꝫ ꝓprie eſt lex p diuinã reuelationē acceptã ad regimen plurimoꝝ ꝓ fine btitudinis pncipalit ordinata. Primũ ponit ad differentiã legis puatę: aliud ad differētiã legũ iudicialiũ in antiqua lege. Et in lege pure diuina (vt ſcribit Gab. di. xxxvij. q. vnica. ar. j. lib. iij.) aſſignari poſſunt quattuor gradus. In pmo ponunt leges imediate reuelatę a deo ꝓ tota cõitate hominũ aut principaliori parte ſcriptę in biblia: ⁊ pſertim in euãgelijs latis a chr̄o ad cõſecutionē btitudinis. In ſecũdo gradu ponunt leges diuinę/ q̃ ex pcedētibꝫ ſolis deducunt in cõſequētia euidēti. In tertio gradu ponunt leges diuinę ex pdictis deductę p ſucceſſiuã relationē aploꝝ ⁊ alioꝝ equiualētē ſcripturę canonicę: ſicut determinationes ecclię q̃ ſpũſctõ credit regi. In q̃rto gradũ ſunt leges ſpecialit inſpiratę ⁊ reuelatę q̃buſdã ſingularibꝫ pſonis ꝓ ſe/ aut pro paucis ad hoc electis. De q̃ plã ſcribit Gerſon de vita ſpũali anię lec. ij. Corolla. vij. Et lex diuina ſm Jacobũ de Ualētia. pſ. cxviij. nihil aliud eſt niſi effectꝰ ⁊ ſignũ ⁊ imago diuinę volũtatis: q2 in ea lucet ⁊ manifeſtat diuina voluntas erga actus humanos. Et ideo lex iſta dicit recta ⁊ iuſta: q2 eſt lata ⁊ cõdita iuxta diuinã voluntatē q̃ dicit metrũ ⁊ menſura oĩm actuũ humanoꝝ. Et ideo actus humani intãtũ dicunt et ſunt iuſti ⁊ recti inquãtũ ſunt facti iuxta diuinã legē ⁊ ſũt ipi cõformes. Et tota lex diuina (vt idē ſcribit) ꝯſiſtit in dilectione dei ⁊ ꝓximi vt ait ſaluator Matt. xxij. ⁊ Luce. x. ſed in tali dilectione oportet ꝙ ſeruet ſpecies modus ⁊ ordo ſm Augu. id eſt ꝙ diligat illud qd diligendũ eſt: ⁊ modo ⁊ ordine q̃ diligendũ eſt. vt latius ibi ſcribit epꝰ Chriſtopolitanꝰ. A lege aũt diuina nulla lex/ aut obligatio pure hũana poteſt abſoluere aut excipere vel inſtituere quod mõ obſeruetur vt ſcribit Gerſon parte. ij. tractatu de nõ eſu carniũ.

¶ **Lex diuina** ſm diuerſos effectꝰ diuerſis noĩbꝫ nominat in ſcriptura (vt notat Jacobꝫ de Ualentia tract. iiij. c. iiij. ꝓlogi ſup pſ. inquãtũ ligat et obligat hoiez dicit lex dñi. Sed inquãtũ eſt a deo ꝓlata ⁊ ſcripta in tabulis dicit ſermo dñi ſiue eloquiũ dñi. Sed inquãtũ prohibet mala fieri dicit pcepta ſiue pceptũ inquãtũ aũt admonet bona fieri dicit mandatũ ſiue mandata. Sed inquantũ eſt teſtificata a deo ⁊ ꝓphetis dicit teſtimoniũ domini. Sed inquantũ p legem cognoſcimꝰ volũtatem dñi/ dicit voluntas dñi. Sed inquantũ fuit cõfirmata p mortem chriſti teſtatoris dicit teſtamētũ dñi. Sed inq̃ntũ iuſtificat obſeruantes/ dr̄ iuſticię ſiue iuſticia dñi Sed opatiões q̃ fiunt ſm iuſticiã dicunt iuſtificatiões. Sed punitiões ⁊ pmiatiões q̃ fiũt p iuſticiã dicunt iudicia dñi. Inquãtum vo ducit ⁊ dirigit homies/ dr̄ via. Item inq̃ntũ eiꝰ ſcripta oĩa ſunt impleta in chr̄o/ dr̄ vitas. Inquãtum ſumꝰ per eã liberati/ dr̄ miſcdia: inq̃ntũ deo pacificati/ dr̄ pax. Dicit ⁊ lignum vitę: ⁊ h̄ metaphorice: quia deꝰ dedit hãc legem loco ligni vitę/ in q̃ Adã puaricatꝰ eſt vt eam ſuaret ⁊ coleret/ expectando ex ea fructũ vitę. Et patres veter teſtamēti eã ſeruarũt vſq; ad tp̄s chr̄i. Dicit ⁊ lex dñi ⁊ vinea dñi Matth. ij. ⁊. xxij. q̃ data eſt nobis ad colendũ. Dicit etiã ſeges lex diuina. Vñ chr̄s Luce. ix. dixit. Meſſis qdē multa. Et Joan. iiij. Aſpicite meſſes: qm̃ albę ſũt. Hęc latius declarat Jaco. de valē. vbi ſ. ⁊ pſ. cxviij.

¶ **Lex eterna** (vt ſcribit Aug. ꝯ̃ Fauſtũ: ⁊ rfert Petrus de aliaco i pmũ ſen.) ē diuina mēs ſeu volũtas ordinē nãlem ſeruari iubēs/ turbari vetãs. Vñ patet ſm eundē ꝙ ſicut volũtas diuina eſt ſimplr pma i genere cauſę efficiētis: ſic ipa lex ſimplr pma in genere legis obligãtis. Quare ſicut nulla cauſa poteſt agere ipa nõ agēte: ſic nulla lex põt obligare ipa nõ obligãte. Uel lex ęterna eſt ſumma ratio/ cui ſemp obtēperãdũ eſt ſm Aug. vbi ſ. Et ſm Gerſonē parte. iiij. in deſcriptiõibꝫ terminoꝝ ad theologiã vtiliũ. Lex ęterna eſt diuina volũtas ordinatiua reꝝ a ſua arte ꝓducibiliũ vl ꝓductaꝝ/ q̃ ad opatiões ⁊ morꝰ ⁊ fines ſingularũ. Uel eſt ppetua ⁊ ꝯſtans voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuens.

¶ **Lex prima** (vt ſcribit Gerſon vbi ſ.) eſt bñplacitum ſeu voluntas ſupmi dñi dei pſtituētis rebꝫ a ſe ꝯditis fines ſuos ⁊ motus ⁊ opationes ad illos. Uel ſic. Lex pma eſt diuina volũtas pſtituēs ordinem rebus a ſe ꝯditis ⁊c̄. ⁊ ſm Aliacē. dr̄ lex increata.

¶ **Lex euangelica** dr̄ lex pfectę libertatis: q2 liberat a ſeruitute puaricatiõis vt ſcribit ſctũs Bonauē. diſt. xliiij. q. penul. li. ij. ſiue etiã a ſeruitute legis duꝫ in ea dat ſpũs charitatis/ q̃ eſt ſpũs libertatis: ſm illud qd dicit aplus Roma. viij. Nõ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed ſpm̃ adoptiõis filioꝝ. Et iõ ex hoc nõ ſequit/ q̃ eſt ſub lege euãgelij ſit liberatus a ſuitute terreni dominij ⁊c̄. Et lex euãgelica nominat quinq; nominibꝫ (vt ſcribit Jacobꝫ de valētia pſal. xviij.) Dicit eñ lex inq̃ntũ fuit a chr̄o lata. Secũdo dicit teſtimoniũ inq̃ntum fuit a deo patre approbata ⁊ teſtificata in baptiſmo. ⁊ in tranſfiguratione cum dixit Hic eſt filius meus dilectus: ipm audite. Fuit etiam teſtificata p ꝓphetas ⁊ angelos. Tertio dicit iuſticia inq̃ntũ iuſtificat rõne ꝯſilioꝝ ⁊ mãdatoꝝ affirmatiuoꝝ ⁊ ſacramētoꝝ. Quarto dr̄ preceptum rõne ꝓhibitoꝝ: quia ꝓhibet oĩe viciũ. Quinto dicit iudicia inquãtum tribuit pmiũ obſeruatoribus. Ex quo patet ꝙ vna ⁊ eadem lex habꝫ multa nomina ſm diuerſos reſpectus. Sed q2 in tota lege nihil iubet niſi charitas ⁊ dilectio dei ⁊ ꝓximi: quia in his duobꝫ mãdatis vniuerſa lex pēdet ⁊ ꝓphetę: vt patet Matth. xxij. Ideo tota lex de cultu diuino q̃ ptinet ad dilectiõem dei: vel de pceptis moralibꝫ q̃ pertinent ad dilectõem ꝓximi: vt ſcribit Jaco. de Ualētia pſal. xlix. Et vt idem ſcribit pſal. cxviij. lex euãgelica tripliciter iuſtificat/ ⁊ facit hominē dignuꝫ vita ęterna. Primo per fidem inquãtum credit Jeſum chr̄m eſſe verum deũ ⁊ hominē ⁊ redemptorē totius generis humani meſſiam in lege ꝓmiſſum. Secũdo iuſtificat p charitatem pfectam erga deum ⁊ ꝓximũ. Tertio p ſpem inq̃ntũ cõtempt rebꝫ trenis ponit finem ſuũ in cęleſtibꝫ a chr̄o ꝓmiſſis. Et ſic nõ opat ꝓpt aliqd pmiũ tpale/ ſed ꝓpt vitaꝫ ęternã ꝓmiſſam ⁊c̄. Et lex euangelica dr̄ lex ſeu regula chr̄i: et illa lex põt ſumi vno modo ſtricte (vt ſcribit dñs cardinal came. q. veſperiaꝝ) ꝓ ꝯgregatõe illoꝝ. et ſil eoꝝ q̃ docuerũt apli ⁊ diſcipli eiꝰ auctĩtate ſua. Vñ lex chr̄i ſeu regla: dr̄ tota doctrina euãgelica: intelligēdo p euãgeliũ ñ ſolũ doctrinã q̃ttuor euangelioꝝ ſꝫ gñalit nouũ teſtamentũ. Quēadmodũ doctrinã ſuã vocat Paulꝰ euangeliũ. ij. ad Tim. j. Sed ſic capiēdo adhuc põt mltiplicit ſumi. Uno modo ꝓ talis doctrine vitate ſiue ſit i mēte ſiue in ſcpto: vel i voce. Alio mõ põt ſumi ꝓ talis vitat vel obiecti intellectuali cognitõe Vñ nõ minꝰ ꝓpe dr̄ lex vel pceptũ: vel ꝓhibitio ipſa cognitio agendoꝝ: vel nõ agendoꝝ quã ipa veritas enuncians qd agendũ: vel nõ agendũ. iõ dr̄ venerabilis Hugo. j. de ſacris. pte. vj. c. vj. Quid cognitõ faciendoꝝ fuit: niſi q̃dã ad cor hoĩs facta pceptio: et qd rurſũ cognitio vitandoꝝ: niſi ꝓhibitio. Hęc aũt cognitio põt eſſe mltiplex: q2 vel ſolũ apphenſiua: vl iudicatiua. Et ſi iudicatiua: vel cũ formidine: vel cũ certitudie. Et ſi cũ certitudine: vel põt eē habitual vl actual: vel ab hitu acqſito ſolũ: vel ab habitu etiã infuſo. Vñ ſm hoc loquēdo ꝓpriiſſime lex chr̄i põt dici fides infuſa: vel actꝰ eius/ q̃ creatura rõnalis firmiter aſſentit doctrinę chr̄ianę veritatibꝫ. Hęc dñs cardinalis aliaceñ. Ultra legē ãt veterē dñs opꝰ habuit inſtituere legē euangelicã: vt ſcribit Gerſon parte. ij. in recõmedatiõe licentiandoꝝ in decret facta parriſijs. Siqdē ad nihil pfectũ adduxit lex antiqua dicente aplo ad Heb. vij. Nihil ad pfectuꝫ adduxit lex. Erat eñ figura: ⁊ vmbra nouę legis. Nã oĩa in figura cõtingebãt eis: ait apls. Adueniente igit re: vl luce iplera eſt lex nõ ſoluta. Ac pinde ꝯſtituti ſt apli diſcipli: ⁊ euangeliſtę tãq; doctores huiꝰ leg: ⁊ ceterũ ſucceſſores eoꝝ: q̃s theologos noiamus: nõ ſꝫ corticē lrę q̃ occidit/ ſed ſm interiorē ſpm̃ q̃ viuificat. Hęc Gerſon. Cũ ergo lex euangelica ſit regla: ⁊ diſpoſitio totiꝰ vitę noſtrę: vt nos bonos efficiat: et dõ charos: ⁊ acceptos ad vitã ęternã in q̃ttuor cõſiſtit. Prio pcipit diuinũ cultũ: cũ dicit. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde ⁊c̄. ⁊ pcipit oĩes articlos fidei: cũ dicit. Si credit in deũ in me credite. Et ſic precipit ſpem/ fidē/ ⁊ charitatē/ ⁊ latriã: ⁊ hoc quo ad deum: Scđo pcipit omnē innocentiã: ⁊ iuſticiã ⁊ puritatē: cũ dicit. Beati mõo corde. Tertio ꝓhibet omne vitium: ⁊ ſeparat prauos a iuſtis in meritis cum dicit. Diſcedite a me omnes qui operami iniq̃tatē Mat. vij. Quarto minat perpetuã pęnã obſtinatis in iudicio: cũ dicit. Ite maledicti in ignē ęternũ. Et iſta q̃ttuor cõtinet lex euangelica/ q̃ docet quid agendũ: qd credendũ: qd petendũ: ⁊ qd fugiendũ. Hęc dñs Jaco. de valen. epꝰ chriſtopo.

¶ **Lex creata** ſeu pticipata: vt ſcribit Gerſon pte iiij. in deſcri. ter. ad theo. vti. eſt participatio: vl emanatio: vel mutuatio: vel ſimilitudo q̃dã analoga legis ęternę: vl effectus eiꝰ ordinē in rebꝫ condit: aut ſeruans: aut ſeruare dictãs.

¶ **Lex naturalis** obligatoria: vt ſcribit Gab. diſtin. xxxvij. q. vnica. ar. j. li. iij. eſt ſignũ naturalit habitum notificatiuũ rectę ratõnis diuinę: volētis creaturã rationalē ligari ad aliqd agendũ: vel nõ agendũ: ꝓ cõſecutiõe finis ſui naturalis: qui eſt fęlicitas humana: ſiue monaſtica: ſiue iconomica: ſiue politica. Dicit aũt ſignũ pure naturalit habitũ: qd inditũ

eſt cuilibet homini nõ impedito ĩ vſu debito rõnis. Impedit̃ aũt ꝑ corp⁹ ꝑ errores ꝑ vitia mł'ta: ⁊ differt a diuina: qꝛ hec acq̃rit̃ ꝑ reuelationẽ. Lex ꝟo naturalis ex naturali lumĩe intellectus: quãuis q̃cq̃d acq̃rit̃ lumĩe naturali intellectus. idipm̃ de⁹ poteſt ĩmedia te reuelare: ſicut patet in datione p̃ceptoꝝ in vtraqꝫ lege veteri ⁊ noua. Differũt q̃qꝫ ex pte finis. Nã lex diuina de ꝓximo ordinat: ⁊ de ꝑ ſe ad fel̨icitatẽ eternã. Naturalis ꝟo ad fel̨icitatẽ humanã hui⁹ vite in reli q̃s particul' ꝯueniũt lex naturalis ⁊ diuina. Videat̃ de hoc Gerſon de vita ſpũali aĩe lec̃. ij. Corol. v. ⁊ pte iiij. in deſcriptiõe terminoꝝ ad theologiã veiliũ: vbi ait. Lex nature eſt in reb⁹ creatis regulatio motuũ/⁊ operationũ ⁊ tendẽtiaꝝ in ſuos fines. Et legi naturali cõſonũ eſt (vt ſcribit Gabri. di. xv. q. xv. arti. iij. du. j. lib. iiij.) vt inutiles homies cõmunis pac̨ ⁊ reipublice turbatores q̃les ſũt fures de medio tollant̃.

**Lex naturalis** aĩaliũ (vt ſcribit Gerſon pte. iiij in deſcriptione termi. ad theo. vti.) eſt lex quã habet q̃dlibet animal nõ impeditũ vel indiſpoſitũ. Lex naturalis hoĩm eſt dictamẽ legis practicũ q̃d natus eſt hĩe quilibet hõ nõ impedit⁹ ĩ vſu rõnis/nec ex indiſpoſitione corpoꝝ/nec ex deprauatione vitiorũ.

**Aliquid eſſe de lege nature** dicit̃ dupliciter: ſicut dupliciter dicit̃ aliquid eſſe motũ vel habitũ (vt ſcribit Gabri. di. xxxvij. q. vnica. ar. j. lib. iij. Primo mõ dicunt̃ nota naturaliter q̃ ſunt p̃ncipia practica: nota ex terminis/aut ꝯcluſiones ſeq̃ntes ex eis: ⁊ hec ſtrictiſſime dicũt̃ eſſe ꝺ lege nature. Alio mõ dicunt̃ q̃dã nõ licet nota/⁊ de lege nature. qꝛ licet nõ ſint neceſſaria nec ex terminis euidẽtia/nec ex talib⁹ ſequunt̃ in ꝯſequẽtia ſimpliciter neceſſaria/ſunt tñ multa cõſona iſtis. Hec diſtinctio poteſt declarari exẽplo. Nã ſuppoſito illo p̃ncipio: pacifice viuẽdũ eſt in cõitate/nõ neceſſario ſequit̃ ex hoc ꝙ q̃libet debet habere diſtinctas poſſeſſiones. poſſet eñ ſtare pax int̃ cõuiuẽtes/ etiã ſi illis oĩa ſunt cõia: etiã ſuppoſita infirmitate eorũ qui cõuiuũt: ⁊ tñ poſſeſſiones eſſe diſtinctas ꝓ pſonis infirmis valde cõſonat pacifice cõuerſatiõi. Infirmi eñ magis curant bona ſibi ꝓpria q̃ꝫ cõmunia/⁊ magis vellẽt cõia eis appropriari q̃ꝫ cõitati: ⁊ cuſtodib⁹ bone cõmunitatis: ⁊ ita ſuſcitat̃ lis ⁊ ꝯtentio. Nõ ãt omĩa p̃cepta ſunt de lege nature: vt ſentit Scot⁹ ſtricte accepta. ꝓbat hoc idẽ Gab. di. xxxvij. q. vnica. ar. ij. lib. iij. qꝛ nõ omĩa illa p̃cepta ſunt p̃ncipia practica ex terminis euidẽtia/aut ꝯcluſiones ex illis in ꝯſequẽtia neceſſaria illate. ergo. Sed duo p̃cepta negatiua p̃me tabule ſunt de lege nature ꝓprie. vt ſunt illa duo p̃cepta. Nõ habebis deos alienos. Et nõ aſſumes nomẽ dei tui in vanũ: hoc ẽ. nõ facies deo irreuerentiã. Illa nanqꝫ ſunt p̃ncipia practica ex terminis euidẽtia aut ꝯcluſiones ex eis neceſſario cõſequẽtes. Nã ſuppoſito ꝙ ſit naturaliter notũ vnũ tantũ eſſe deum: vt ꝓbat phus. xij. meta. ſequit̃ formaliter alienuꝫ nõ eſſe habendũ Sequit̃ eñ formaliter. Nihil qꝺ nõ ẽ deus ꝓ deo eſt colendũ ſeu habenduꝫ. Alienus deus nõ eſt deus: ergo alienus deus ꝓ deo nõ eſt habẽdus Premiſſe ſunt naturaliter imo ex terminis note/⁊ ſũt practice. Sic ⁊ ſecundũ p̃ceptũ ſequit̃ ex p̃ncipijs ꝑ ſe notis. ſic arguendo. Sũme reuerendo nõ eſt irreuerentia facienda. Deus eſt ſumme reuerẽdus: qꝛ ſumme bonus: ideo ei nõ eſt irreuerẽtia facienda. Secũde vero tabule p̃cepta tam affirmatiua q̃ꝫ negatiua ſunt de lege nature nõ ſtricte ſed large accepta. Non ſtricte: quia eoꝝ q̃ ibi p̃cepta ſunt aut ꝓhibita nõ ſũt p̃ncipia practica ſimpliciter neceſſaria nec ꝯcluſiones ſimpliciter neceſſarie: ſed ſunt de lege nature cõmuniter accipiẽdo. de quo plura legito apud Gabri. Legis q̃ꝫ naturalis ſtricte p̃cepta nõ ſunt diſpenſabilia: vt ibidẽ dicit Gabri. cõcluſione. iiij. quia illa fundant̃ in p̃mis p̃ncipijs euidentib⁹ ⁊ neceſſarijs: que qꝛ neceſſaria mutari nõ poſſunt: quia euidentia ſunt declaratione nõ indigent. ergo nõ ſunt diſpenſabilia. Et quãuis legiſlator deus circa obſeruantiã p̃ceptoꝝ ſecũde tabule ſimpliciter diſpenſare poſſet ꝑ precepti relaxationẽ: nõ tñ ſic diſpenſat de facto ꝓpter magnã eorum cũ lege nature ꝓprie proximationẽ. Nõ eñ illud implicat cõtradictionẽ. Unde negãdũ nõ eſt qui deus p̃cipere poſſit alicui occidere innocentẽ cũ plenũ habeat dominiũ ⁊ poteſtatẽ occidendi ⁊ viuificandi. In quo caſu reuocaret p̃ceptũ de homicidio/quãtũ ad illum cui oppoſitũ eius p̃ciperet. Si eñ legit̃ p̃cepiſſe Abraam vt occideret Iſaac filiũ ſuũ. Geneſis. xxij. Sic Oſee mandauit vt acciperet fornicariã ⁊ faceret filios fornicationis Oſee. x. quãuis ſm̃ doctores. Nõ p̃cepit Oſee fornicari: ſed cõtrahere matrimoniũ cum fornicatrice/poſt cõtractũ tamẽ cõtinente. licet etiaꝫ ad litterã hec p̃cipere potuiſſet. Cũ nõ ſit magis legi nature diſſonũ fornicari q̃ꝫ occidere innocentẽ. Item ſentiũt doctores de Sanſone ꝙ inſtinctu ſpũſſancti ac familiari eius ꝯſilio ſeipm̃ cũ Allophilis interemit ergo reuocatũ eſt quantũ ad eum p̃ceptum Nõ occides. Gabri. vbi ſup̃.

**Lex humana** q̃ ⁊ poſitiua ⁊ p̃ceptiua dicit̃: eſt ſignum verũ humana traditione/⁊ auctoritate ĩmediate cõſtitutũ notificatiuũ recte rationis volentis rationalẽ creaturã ad aliquid agendũ vel nõ agendũ ꝓpter finẽ aliquẽ rõni cõſonũ/vł' tpalẽ obligare. Et ſm̃ hos duplices fines diſtinguit̃ ius hũanũ ſiue lex humana ĩ legẽ canonicã ⁊ ciuilẽ/ q̃ dũtaxat diſtiguit̃ ex pte finis. Nã finis leg̨ canonice ẽ ꝯſecutio fel̨icitat̨ eterne in q̃ ꝯcordat cũ diuiã. Finis leg̨ ciuilis ẽ fel̨icitas hũana/monaſtica/politica/vł' iconomica: in q̃ ꝯuenit cũ lege nãli. Poteſt tñ eadẽ lex eſſe diuina natural' ⁊ hũana: alia tñ ⁊ alia rõne. de q̃ vide lati⁹ Gerſonẽ lec̃. ij. de vita ſpũali aĩe/ ⁊ in de pote. eccle. ꝯſiꝺ. vlti. Ad hoc videat̃ ⁊ Gab. di. xxxvij. q. vnica. art. j. li. iij. Et Gerſõ. pte. iiij. ĩ deſcrip. ter. ad theo. vti. Lex hũana ſeu poſitiua ẽ lex ꝑ rõcinationẽ ex lege nãli deducta ĩ ꝯſequẽtijs ꝓbabilib⁹ ad finẽ debitũ humane creature. Dicit̃ aũt ꝓbabile qꝺ plib⁹ ⁊ maxĩe ſapientib⁹ appꝫ veꝝ. Lex poſitiua iuſte req̃rit ĩ legiſlatore prudẽtiã ⁊ auctoritatẽ. Prudẽtiã vt ſꝫ rectã rõnẽ practicã dictet q̃d faciẽdũ ꝓ cõitate. Autoritatẽ: qꝛ dꝛ lex a ligãdo: ſꝫ nõ q̃cũqꝫ ſnĩa prudẽt̨ ligat cõitatẽ/nec aliquẽ ſi nłł' p̃ſideat ⁊c̃. Hec Sco. di. xv. q. ij. li. iiij. Et vt ſcribit dñs Cardialis came. Quicq̃d ẽ iuſtũ lege hũana: eſt iuſtũ lege diuiã. Nã oĩs lex hũana debꝫ eẽ ꝯſona legi diuiẽ. Ex q̃ ſeq̃t̃ ꝙ nullũ p̃ncipis edictũ/p̃lati p̃ceptũ/politice ſtatutũ/aut eccłie decretũ ẽ iuſtũ vł' iuſte obligatoriũ niſi ſic diuie legi ꝯſonũ. Uñ Augu. ꝺ vera religiõe. c. xxij. ⁊ li. j. ꝺ li. ar. vbi ꝺr ꝙ ĩ tpali lege nihil ẽ iuſtũ qꝺ nõ ex eĩna lege hoĩes ſibi deriuarint. q̃cq̃d igr̃ (vt poſtea Aliacẽ. ꝺr) ẽ iuſtũ iure poli/ẽ iuſtũ iure fori/⁊ ecõtra. Et iõ ſic oñdit Ioan. ſaleſberiẽſis ĩ ſuo policratico li. iiij. c. vj. oĩm legũ ianis ẽ cẽſura ſi nõ diuie legis imaginẽ gerat. Uñ Aliacenſis ait. Quicquid eſt iuſtũ aliquo iure eſt iuſtũ iure diuino: ⁊ quicquid diuino iure eſt iuſtũ nullo iure iniuſtum: vt clarũ eſt. Ex quo patet ꝙ quicq̃d eſt iuſtũ in foro interiori: eſt iuſtũ in foro exteriori. Hec Cardialis in p̃ncipio in p̃mũ ſen. Uñ Scot⁹ di. xliiij. li. j. ait Nulla lex eſt recta niſi q̃tũs a volũtate diuiã acceptatur. De lege humana ⁊ poſitiua nõ paꝝ ſcp̃tis reliq̃t Gerſon in multis locis.

**Lex priuata** (vt ſcribit Gerſon pte. iiij. in deſcꝑ. ter. ad theo. vtiliũ) eſt lex ꝑ diuinã reuelatiõem accepta ad regimẽ pſone ſingularis vel paucoꝝ. Diuina ãt reuelatio eſt illuſtratio humane nãe rõnal'/ad quã habendã vel modũ habẽdi ipa de cõmuni curſu ſibi indito nõ attingit.

**Lex ciuilis** ⁊ tpalis (vt idẽ ſcribit Gerſon vbi ſ̃) eſt lex hũana ad finẽ nãlẽ ſocial' vite bñ regulãde immediate ⁊ p̃ncipal'r ordiata: ⁊ ꝑ illũ q̃ curã cõitat̨ gerit ſufficient̃ ꝓmulgata. Sed lex ciuil' ⁊ ſpũal' eſt lex hũana ex p̃ncipijs credit̨ vel ꝑ ſe not̨ ꝓbabil'r deducta/ad finẽ ſupnãlẽ imediate ⁊ p̃ncipal'r ordiata: per illum vel illos q̃ curam cõmunitat̨ habent ſufficienter promulgata.

**Lex charitatis** ſm̃ eundẽ Gerſonẽ in via/ẽ ius ꝓpinquũ fruẽdi deo ꝓpt̃ ſe/⁊ ceter̨ oib⁹ vtẽdi ꝓpt̃ deũ quomodocũqꝫ iuſte placuerit ad meritum vite eterne. Gerſon.

**Lex cõſiliatiua** ſm̃ eũdẽ vbi ſ̃. Vel ꝯſiliũ ẽ lex liboarbitrio inſinuata: cui⁹ obſuatio laudẽ habꝫ/et violatio culpã nõ hꝫ. Sꝫ lex cohibitiua (vt ibidẽ ſcribit) q̃ſi media int̃ p̃ceptũ ⁊ ꝯſiliũ: ẽ lex liboarbitrio inſinuata ſigno/aut ꝟbo/aut ſcp̃to: ligãs ne violet̃. cuius tñ violatio nõ eſt diſſolutiua amicicie ⁊ vnitatis inter deũ ⁊ liberũarbitriũ: nec int̃ homĩes adinuicẽ. Hec Cãcellari⁹ pariſiẽſis

**Locus** eſt ſuꝑficies corꝑis aliud ꝯtinētis imediate ⁊ diuiſa ab eo. Ex q̄ patet ꝙ nō totū corpus locās eſt locus. Gratia exēpli nō tota ſphera ignis eſt: locus aeris cōtēti: ſed ſola pars vltia ignis q̄ tāgit aerē Gab.di.ij.q.ij.lib.ij. Ex q̄ patet ꝙ vltima ſphera non eſt locus terre. quia non eſt immediata terre. De hoc latius tractatur in quarto phyſicorum. Et licet ph̄us multas ponat locoꝝ ꝯditiones. Sanctus tn̄ Bonauē.q.ix.di.ij.li.ij.reducit eas ad tres: q̄ ſūt cōtinere/ mēſurare/ ꝯſeruare: q̄ tn̄ nō ꝯueniūt loco reſpectu cuiuſlibet locati. Vide lati⁹ Gab. ⁊ Bonauē. ⁊ q̄ ſubſtātie ſint in loco.ſ. ⁊ corꝑales corruptibiles ⁊ incorruptibiles ⁊ incorꝑales ibidē oſtēdit: ſed de hoc alias. Et aliq̄d eſſe in loco circūſcriptiue diffinitiue ⁊ repletiue. videat̄ ſuꝑ i dictiōe eſſe i loco ⁊c̄. Et loc⁹ dicit̄ vacu⁹: vt ſcribit ſcͥus Bonauē.di.xij.arti.ij.q.iij.li.ij. aut ꝓꝑie aut ꝑ ꝑuatiōnē oīs corꝑis aut large ſm̄ vulgarē modū/ ꝑ ꝑuatiōnē corꝑis ſolidi et ſenſibilis. Sicut d̄r arca vacua ꝓpter abſentiā panis ⁊ doliū vacuū ꝓpter abſentiā vini. Sic etiā intelligēdū eſt i vacuitate materie ꝙ dupliciſ vacua dicit̄ aut q: nō habet aliquā formā: ⁊ ſic terra nūq̄ fuit vacua aut q: non habuit formā oīmode ꝑfectiuā: ⁊ ſic terra quāuis eſſet vacua tn̄ locū poterat replere: q: erat extenſa ⁊ corporea. Bonauē.

**Locale** dicit̄ qd̄ cōtinet̄ a loco/ mēſurat̄ loco/ cōſeruat̄ in loco/ ⁊ terminat̄ loco. Et locale dicit̄ ſm̄ ſcͥm̄ Bona.di.xxxvij.lib.j. qd̄ ſequit̄ leges loci: ſicut tꝑales qd̄ ſequit̄ leges tꝑis. Leges aūt loci ſunt quātū ad actū ꝯtinēdi/ mēſurandi/ ſaluādi/ terminādi ſm̄ q̄s locus ſe habet ad locatū ꝑ modū imꝑtientis: ⁊ locatū ſe habet ad locū ꝑ modū ſuſcipiētis. Et q̄m̄ de⁹ ſic eſt ꝑſens loco: vt nihil ab eo oīno recipiat: ſ; ſol⁹ ei⁹ indigētiā ſuppleat: ⁊ det loco ꝟtutē cōtinendi: ⁊ locato ꝟtutē replēdi. Hinc eſt ꝙ de⁹ nullo mō dicend⁹ eſt localis: ſicut habet mgr̄ in textu diſt. xxxvij.li.j. Loc⁹ tn̄ dei improprie dicit̄ tēplū dei: nō ꝙ eo cōtineat̄. Id aūt nihil meli⁹ q̄ aīa mūda intelligit̄. De⁹ itaq̄ eſt illocal̄: vt lati⁹ deducit mgr̄. multa de loco videant̄ apud ph̄os. etiā theologos: ſ; q: ph̄y ſicū vocabulū: iō latiorē explānatiōnē ꝑmitto ad ph̄os.

**Locutio** eſt vocis ꝑ linguā explanatio: ſm̄ Ariſto.ij.li.de aīalibꝰ. Locutio āt aīaꝝ ſeꝑataꝝ nihil aliō eſt (vt ſcribit Gerſon ſuꝑ Mat̄.) q̄ māifeſtatio libera ⁊ intelligibil̄ ſui vl̄ coꝝ q in eis ſunt. q̄ locutio tāto eſt vehemētior ⁊ clamoroſior q̄nto intelligibilior atq̄ aptior.

**¶ Loqui mētaliter** (vt notat Gab.di.ix.q.ij.ar.iij.lib.ij) accipit̄ ad ſilitudinē locutiōis vocalis. Loq̄ aūt vocalit̄: eſt ꝓferre ꝟba vocalia vt aliq̄s audiat vocali auditiōe: ⁊ intelligat illō qd̄ ꝑ voces ſcat̄. h̄ eſt: formet in ſe ꝯcept⁹ vocibꝰ correſpōdētes. Sic loq̄ mētalit̄ nihil aliō eſt niſi hr̄e vl̄ formare in ſe ꝟbū mētale vt aliq̄s audiat mētalit̄/ ⁊ intelligat qd̄ per ꝟbū mētale ſcat̄. Eſt aūt verbū mētalē cogitatio actual̄. Loqui ergo mētalit̄/ eſt actualit̄ cogitare vt ip̄e vl̄ ali⁹ intelligat qd̄ ꝑ cognitionē ſcat̄. Audire āt mētalit̄: eſt videre cogitationē actualē alteri⁹ angeli vl̄ hoīs. Sic̄ audire vocal̄r nō eſt aliud niſi apph̄ēdere voces a ſe vl̄ ab alio ꝓlatas. Iſta ꝓbant̄ ꝑ Aug.xv.de tri.c.x. Formata ꝓꝑie cogitatio ab ea re quā ſcim⁹ ꝟbū eſt qd̄ in corꝑe dicimus: qd̄ nec grecū ē/ nec latinū/ nec alicui⁹ alteri⁹ lingue. Ecce ꝙ cogitatio ꝟbū eſt. Q aūt loq̄ mētalit̄ nō eſt niſi hr̄e ꝟbū mētale.ſ. cogitatōes. ſic d̄r paulo ſuꝑius eodē c. Quedā ergo cogitatōes locutiōes ſūt cordis: vbi ⁊ os eſſe dicim⁹. Et poſt foris: cū ꝑ corp⁹ hoc fiet aliō ē locutio/ aliō viſio. Int⁹ āt cū cogitam⁹ vtrūq̄ vnū eſt. Itē ⁊ ſi ꝟba nō ſonāt in corde ſuo: dicit vtiq̄ oīs q̄ cogitat. Probat ⁊ ibidē Aug. audire mētali nō eſſe aliud q̄ videre cogitatōes actualē alteri⁹. eodē c. vbi d̄r. Auditio ⁊ viſio duo q̄dā ſūt inter ſe diſtātia in ſenſibꝰ corꝑis. In anio non eſt aliō atq̄ aliō videre ⁊ audire. ac ꝑ h̄ cū locutio foris nō videat̄/ ſ; poti⁹ audiat̄. locutiōes tn̄ interiores: h̄ eſt cogitatiōes: dū cognoſcūt̄ ⁊ audiūt̄ ⁊ vident̄. Vn̄ de dn̄o dixit euāgeliſta. Cū vidiſſet inq̄t cogitatōes coꝝ. Ex ill̄ pꝫ ꝙ angel⁹ loq̄ndo alteri nihil fac̄ niſi ꝙ cauſat cogitationē alicui⁹ obiecti in ſe: q̄ cogitatio in loq̄nte cauſata tanq̄ obiectū: cauſat effectiue in angelo audiēte noticiā intuitiuā ſuimet cogitatiōis. Vide copioſe apd̄ Gabri. vbi ſ̄. ⁊ in dictōe/ Angel⁹. Et locutio mētal̄ ſuppōnit ꝓ formatiōe ꝯcept⁹ in loq̄nte: ⁊ ꝯnotat voluntatē manifeſtādi hmōi ꝯcept⁹.

**¶ Loqui** duplr̄ eſt. vt ſcribit ſan. Bona.di.x.ar.iij.q.j.li.ij. Vno mō loq̄ dic̄ actū in ſe ſiue intrinſecū. Alio mō actū ad alterū ſiue q̄dāmō extrinſecū. Prio mō loq̄ idē eſt qd̄ ꝟbū formare ſiue gignere. Alio mō idē eſt qd̄ ꝟbū formatū depromere ſiue exꝑimere. Prio mō locutio ſiue in deo/ ſiue in hoīe/ ſiue in āgelo: nō ē aliō q̄ cogitatio. Scdo mō: pl⁹ dic̄ q̄ cogitatōes. ſ; differt in diuerſ. In deo eni̅ loq̄ ad alteꝝ ſuꝑ intellectū: notat effectū ſm̄ reuelatiōes. Nō eni̅ d̄r de⁹ nob̄ loq̄ ſolū q: intelligit/ ſ; etiā q: reuelādo aliq̄d aliquā illuſtratōe in nobis efficit. Vn̄ Greg.in mora. Dei locutio ad nos intrinſec⁹ ſctā videt̄ poti⁹ q̄ audit̄. q: dū ſemetipm̄ ſine mora ſmōis inſinuat: repētina luce nr̄e ignorātie tenebras illuſtrat. In hoīe ꝟo nō ſolū addit effectū in alteꝝ/ ſed etiā actū ⁊ ſignū mediū. Cū eni̅ hō loq̄t̄ alteri: nō ſolū cogitat/ ſ; cogitatōe ſuā formādo vocē ſenſibilē alij interꝑtat̄ ⁊ explicat. De q̄ lati⁹ ꝑ ꝯtito apd̄ Bonauē. Cauēdū aūt ē (vt inq̄t Gerſon ꝑte.ij. ꝯ puul̄ ad chr̄m trahēdis) ne q̄s aliq̄d ſiniſtrū alicui de aliq̄ loquat̄: niſi vl̄ vt ille de q̄ loq̄t̄/ ab illo cui loquit̄ emēdet̄. vl̄ ne ille cui loq̄t̄ ei familiaritate fugat̄: ⁊ ab ip̄o corrūpat̄. Nec plat⁹ inq̄t ibidē ꝑdicatōꝝ dimittere dꝫ ꝓpter ſubſānatiōnē: vbi ſūt aliq̄ boni int̄ malos: vl̄ q̄uis oēs ſint mali: ſpes tn̄ ſit de correctiōe. al̄s dꝫ tacere/ vl̄ ꝑ ad aliū locū trāſire vbi fructū poſſit facere. Et loq̄ dei: vide īfra ī videre deū. d̄ q̄ Gerſon loq̄t̄ tract. ij. ſuꝑ cātico ꝟgis. Sciēs inq̄t de⁹ nos puulos ⁊ balbos voluit inſtar nutricis frangere ꝟba ſua/ q̄bꝰ ip̄e nobiſcū/ ⁊ nos ſecū itelligibilit̄ vtrūq̄ loq̄remur. Cōceſſit igit̄ locutiōes trāſūptiuas a rerū cognitaꝝ ſilitudinibꝰ aſſumptas tā abūdant̄ vt nihil inueniat̄ qd̄ nō valet ad ipm̄ trahi noiandū/ qd̄ loquēdi gen⁹ appellauit Dionyſi⁹ ſymbolicū. Hoc typo loq̄ndi de⁹ pat̄ habet os/ ex q̄ fili⁹ ei⁹ increata ſapiētia ꝓdijſſe ſe gloriat̄. Ego inq̄ ex ore altiſſimi ꝓdij ꝑmogenita an̄ oēm creaturā. Habet ⁊ vteꝝ. Ego inq̄t ex vtero ante luciferꝝ genui te. Hec Gerſon. Refert ꝑterea multū loqui/ vel dicere in ꝑſona alteri⁹/ ⁊ loq̄ auctoritate alteri⁹ ſiue vt miſter (vt ſcribit Gab.di.xxj. poſt Scotū q.vnica. ar.iij.dub.j.li.iiij.) Nā loq̄ in ꝑſona alterius eſt inducere ꝑſonā alteri⁹. hoc eſt loq̄: vt intelligant̄ oīa ꝟba locutiōis referri ad ꝑſonā alteri⁹ vt nō loquēs (ſed ille ex cui⁹ ꝑſona loquit̄) itelligat̄ hec agere vel nō agere q̄ loquēs exprimit ſua locutiōe vt cū Eſa.iij. ait. dn̄s locut⁹ eſt. Filios enutriui ⁊ exaltaui ipi aūt ſpreuerūt me. Loq̄ aūt auctoritate alteri⁹ ē loqui in ꝑſona ſua ꝓpria: ex cōmiſſione tn̄ alteri⁹. Vn̄ cōfeſſor q̄ audit ⁊ dicit: puta abſoluit facit in ꝑſona ſua: ſ; vt miſter dei. Sicut oīa ſacr̄a miſtrant̄ ex ꝑſona miſtri: ſed auctoritate dei ⁊c̄.



**Lucerna** a lucco grece lychn⁹ vocat̄: ⁊ lucernaꝝ vſum ꝑmi egyptij mōſtrauere vt auctor eſt Euſe.li.x. ꝑparatiōis. ⁊ in ſcriptura q̄nq̄ accipit̄ ꝓ linea generatōis. Nā ſic̄ quādiu nō extinguit̄ dicit̄ durare lucerna: ita quādiu ſuccedit aliq̄s ī linea generatiōis/ d̄r durare ei⁹ lucerna. Vn̄ dictū fuit ip̄i Dauid. Iā nō egredieris ī bellū ne extinguas lucernā in iſrael.ij. Reg.xxj. Et ideo ꝓmiſit de⁹ ip̄i Dauid vt ꝓduceret eius lucernā vſq̄ ad chr̄m.i. ꝙ nō deficeret ei⁹ linea ⁊ gn̄atio. Vn̄ d̄r pſ̄.cxxxj. Illuc ꝓducā cornu dauid paraui lucernā chr̄o meo. Qd̄ pꝫ ī Mattheo/ qui deſcribit generationē chr̄i a Dauid vſq̄ ad chr̄m ꝑ Mariā ꝟginē de ſtirpe ⁊ generatione Dauid Iacobꝰ de Valētia.pſ̄.cxxxj.

**Lucrum** a q̄ lucellū.i. ꝑuū lucꝝ. Rō aūt lucri et finis debet eſſe ſub fine celeſti (vt vult Gerſon ꝑte.j.de laude ſcriptoꝝ) ⁊ quāuis oꝑari⁹ ē dignus ſuo cibo ⁊ mercede ſua: tn̄ ꝑncipal̄ ⁊ final̄ ei⁹ intentio ī honore deo ⁊ eccl̄ie ī charitate nō ficta in ſua demū aliorūq̄ ꝑpetua ſalute figat̄: vt ſit finis lucri ſub fine celeſti quatinus nō iā duo fines aduerſi: ſed vn⁹ vtrobiq̄ cenſeat̄.

**¶ Lucrū turpe** d̄r (vt ſcribit Gab.di.xv.q.xiij.arti.j.li.iiij.) qd̄ ē acq̄ſitū cū turpitudie pcti: ſic̄ oē lucꝝ qd̄ acq̄rit̄ ꝑ actū aliquē cōmiſſū vl̄ omiſſū vl̄ admiſſum/ q̄ ē pcti̅ ꝑ ſe ex gn̄e act⁹ vl̄ ex circūſtātia. ⁊ licꝫ hec acq̄ſitio ex varijs oriat̄ vitijs: tn̄ cōiter orit̄ ex duobꝰ. aut ex auaritia aut acq̄ſitio lucri aut mercatiōis illicite/ ex tꝑe vl̄ loco/ aut ex mathematica incātatoria/ ſeu alijs illicitis/ ac ꝓhibitis artibꝰ. Aliq̄n̄ ⁊ ſcdo ex intēperātia: vt ex illicita voluptate. ſicut ex meretricio/ fornicatōe/ adulterio/ hiſtrionatu. Aliq̄n̄ ex vtroq̄ ſil̄.ſ. auaricia ⁊ luxuria: pōt tn̄ q̄nq̄ oriri ex ſuꝑbia vl̄ inuidia ⁊ plibꝰ alijs mal̄ radicibꝰ. Vide lati⁹ Gabri. ⁊ b. Tho. in.iiij. ſcripto. di.xv.q.viij.ar.ij. Et licet meretriciū ⁊ lenociniū ſit in lege ꝓhibitū nulla tn̄ lege ꝓhibitū ē ne leno vl̄ meretrix ꝑciū ſue turpitudis accipiat. Vn̄ Aug. vt allegat Alex. d̄ ales. ꝑte.iiij. q. lxxxvj. §. vlti. meretrix turpit̄ acq̄rit: ſ; nō turpit̄ accipit. Sic mīli act⁹ ſūt lege ꝓhibiti vbi tn̄ nulla lex vetat ne ꝓ ill̄ actibꝰ ꝑcia vl̄ dona recipiant̄: ſic̄ d̄ mercatore pꝫ q̄ ī ſacro die vl̄ loco vēdit qd̄ ꝓhibet̄: nō tn̄ ꝓhibet lex: vt ꝑciū ſue mercis nō recipiat. Ex q̄ accipit̄ differētia int̄ turpe lucꝝ/ ⁊ iniquū. Nā q̄n̄ act⁹ q̄ q̄s lucrat̄ eſt ꝓhibit⁹ nō aūt lucrū tūc d̄r turpe lucrū Sꝫ q̄n̄ lucrū ipm̄ ē lege ꝓhibitū nō ſolū d̄r turpe lucrū: ſ; iniquū. Hec Tho. ⁊ poſt cū Gab. vbi ſ̄. Et lucrū acq̄ſitū dolo ⁊ fraude/ ⁊ qd̄ d̄r iniquū reſtituēdū eſt. Lucrū ꝟo acq̄ſitū vbi nō cōpetit repetitio: ⁊ ſi aliq̄s nō tenet̄ de neceſſitate ſalutis reſtituere vl̄ erogare pauꝑibꝰ: eſt tn̄ ſalubre cōſiliū vt nō retineat: ſ; erogetur in pios vſus: vt diffuſe ꝓbat Gab. vbi ſ̄.

**Luctus** nō ſolū d̄r ploratio: ſ; etiā īſigne indiciū merētis: ſic̄ eſt veſtit⁹ niger ⁊ pull⁹. Sepe eī ip̄e habit⁹ vultuſq̄ ⁊ veſtis luct⁹ d̄r. Et luct⁹ ſm̄ Gerſonē ꝑte.ij. ſer. facto de oībꝰ ſcis/ q̄ incipit. Bti q̄ lugēt ꝯſidera.iiij. eſt vital̄ aīe mot⁹ ſurgēs ex apprehēſione obiecti: vt diſcōueniēs eſt. Cui⁹ effect⁹ ē (ꝑſertim ſi ſit ī ſenſu) cōſtrictio q̄dā horror ⁊ fuga ⁊ renixus. Eſt āt rō diſcōueniētie diſꝓportio leſiua armonie ⁊ vnitatis debite. Et ſm̄ eūdē luct⁹ ⁊ ꝯſolatio ſub vna acceptiōe gn̄ali due paſſiōes ſūt. ille due ꝯtrarie q̄s alit̄ noīam⁹ dolorē ⁊ gaudiū q̄ cōplectunt̄ ī ſuo genere ſi impaſſiones oēs reliq̄s enumeratas a ph̄o.ij. ethi. ⁊.ij. rheto. ⁊ a poeta.vj. Enei. ⁊ ab alijs alibi. Cōſequunt̄ aūt he paſſiōes iſte due luct⁹ ⁊ cōſolatio vel dolor ⁊ gaudiū ad duas rōnes obiectalis generalis ⁊ extremas: q̄rū vna eſt vt boni cōueniētis ⁊ altera mali diſcōueniētis. Dicit̄ ⁊ (vt ibidē ſcribit) luct⁹ beatitudo nō q̄dē formalit̄: ſ; cōmūicat btitudinē his in via: vl̄ q: ducit ad eā. ⁊ habꝫ ſic deſcribi ꝓ habitu. Luctus ē habit⁹ aīe gratioſus/ q̄ inclinat̄ fugere ⁊ horrere obiectū ſub rōne mali inhoneſti ⁊ diſcōueniētis apprehēſuꝫ ⁊c̄. ⁊ ille regularit̄ beatior ē in hac valle miſerie q̄ luctu bono plenior eſt. vide lati⁹ Gerſo. vbi ſ̄.

**Ludus** d̄r ī factis: ioc⁹ ī ꝟbis. Et ludoꝝ q̄dā ſūt honeſti ⁊ ad exercitiū vl̄ ad recreationē ordinati: vt q̄ viribꝰ corꝑis aut īgenio innitunt̄ nō fortune vt ꝓiectio pile/ aut lapidū/ aut tele arc⁹ vl̄ baliſtæ ad metā ſiue luctatio/ curſus ī ſtadio ⁊ ſil̄es. Ali⁹ eſt lud⁹ q̄ innitit̄ fortune ex cupiditate lucri/ ⁊ hic dicit̄ ludus aleaꝝ ſiue fiat taxillis ſiue cartis ſiue alio mō q̄ ſubeſt fortune vt d̄r Aſtēſis. Eſt etiā lud⁹ tabularū mixt⁹ q̄ fit ī tabul̄ ducēdis ad iactū taxilloꝝ: q: q̄ntū ad ꝓiectionē taxilloꝝ innitit̄ fortune quātū ad tabulas ducēdas innitit̄ ingenio. Et ille lud⁹ ſilit̄ d̄r ludus alee: q: innitit̄ fortune l; nō ſoli fortune: vt vult Angel⁹ ī ſūma: ⁊ oīs tal̄ eſt ꝓhibit⁹: vt. ff. de aleatoribus ꝑ totū. Et ī autē. de ſcti. epīs. §. interdicim⁹. vide de hoc lati⁹ Gab.di.xv.q.xiij.li.iiij. Et Petr⁹ de palu. d̄r ludū ꝓhibitū ꝓpter blaſphemiā. Et tenet Angelus ī ſūma poſt Aſtēſ. ꝙ ille q̄ valde ſeruit ludo: hoc eſt q̄ ducit ī cōſuetudinē peccat mortalit̄. Sec⁹ de eo q̄ raro ludit/ vl̄ ludit cā recreatōis/ vl̄ cā cōuiuij. Nā q̄cq̄d fit intētiōe mala pcti̅ ē. Lucrari aūt a ꝓxio vn̄ notabilit̄ dānificat̄ q̄cūq̄ via ſaltē ex intētiōe vix vel nūq̄ a mortali excuſat̄. eſt eni̅ ꝯ ſextū ꝑceptū. Nō furaberis: ⁊ ꝯ.x. Nō ꝯcupiſces. Aut etiā rōne tꝑis: vt in die feſto ſi req̄rit exceſſiuū laborē: aut ꝑ ipm̄ negligit̄ diuinū officiū maxie miſſe q̄ ad laicos. Si ꝟo nō cōcurrit aliq̄ ꝑdictaꝝ circūſtātiaꝝ: ſed fiat rōe honeſte recreatiōis vl̄ ꝟtutis/ aut ingenij exercēdi nō ē pcti̅ ſaltē mortale. ⁊ ſꝫ Rich. di.xvj. arti.iiij.q.j.li.iiij. ait. Ludoꝝ q̄dā ſūt honeſti ⁊ deuoti: vt cāt⁹ eccl̄iaꝝ q̄ fiunt ad honorē dei ⁊ ſctōꝝ: ⁊ hi ſūt laudādi. ⁊ tali lu

do ludebat Dauid corā arca dn̄i. Quidā turpes: ⁊ ta
les ludi ſūt (inq̄t) fugiēdi. Quidā ſūt ordiati ad recre
atioñē/ q̄ bñ ⁊ male pñt fieri: ⁊ ab his penitētes vt fre
quētꝰ abſtinere debēt. His tn̄ iterdū cā recreatiōis
vti pñt. ſiñ mō diſtinguēdū eſt de ſpectacul' vt ibidē
dicit. Et quāuis alcator vt ſcribit Gab. vbi ſ͞. art. ij.
ꝯcluſiōe. iij. ex cupiditate lucrās aliq̄d notabile lucra
tur ab aliq̄ quē nō attraxit ⁊ q̄ ſua donare pōt/ etiā ſi
ne dolo ⁊ fraude peccet mortalit. Ipm tn̄ ad lucri re
ſtitutionē vel erogationē de neceſſitate ſalutꝫ teneri
nō ē certū euidēt. Ludēs enī ex cupiditate agit ꝯ cha
ritatē ꝓximi cōcupiſcēdo bona ꝓximi cū dāno eiꝰ: et
quāuis certū nō ē de reſtitutiōe faciēda: tn̄ ꝯſiliū eſt ⁊
ſecurꝰ agit ſi q̄s reddiderit vl' in pios vſus diſtribue
rit. Gab. lōgior ē vbi ſ͞. vide ad hoc Richar. di. xv. ar.
v. q. viij. li. iiij. Ludꝰ aūt ſcacoꝝ vt idē Rich. dr̄ ſine ta
xillis ꝓhibitꝰ eſſe nō videt: eo q̄ ibi exercet humanū
ingeniū/ niſi forte i caſu cū hoīes agūt pniam. Gab.
tn̄ di. xv. q. xiij. ar. iij. dub. ij. alit ſentire videt ex dictis
H ero. ⁊ de ꝯſec. di. v. Nūq̄. Nō decet clericū ludis
tēpus cōſumere: p̄ſertim inq̄t Gab. cū ludꝰ ille ſcaco
rū valde aim diſtrahit ⁊ tēpus plurimū ꝯſumit. Ni
mis deniq̄ miſer ē q̄ in ſortē dn̄i aſſumptꝰ: extra dn̄ʒ
i huiuſcemodi vanitatibꝫ recreationē q̄rit/ q̄ſi i ſūmo
ac delectabiliſſimo bono/ recreatio haberi nō poſſit.
Et ſic dr̄ Hiero. Ama ſciētiā ſcripturaꝝ/ ⁊ carnis vi
tia nō amabis: ita de ludo dici pōt. Ama ſciētiā ſcꝑtu
raꝝ ⁊ ludū ⁊ ociū iners nō amabis. Gab. Eſt p̄terea
ludꝰ de q̄ dr̄. j. Coꝝ. x. in glo. Ludꝰ eſt geſticulatio li
bidinoſa cuiuſmodi ē i choreis. Spectacula ſūt (ſic
dr̄ Aug.) ⁊ cithara ⁊ venatio ⁊ hmōi. Dicit aūt ſ. Bo
nauē. di. xvj. in lr̄alibꝫ dubijs. li. iiij. q̄ ludꝰ choreaꝝ
nō ē malꝰ ſm ſe: ſicut patꝫ de ſorore Moyſi Exod. xv
ſed fit malꝰ q̄druplici de cā. ꝓpter modū/ qñ ē modꝰ
laſciuꝰ: ꝓpter finē qñ fit ad ꝓuocandū libidinē: ꝓpter
tp̄a vt ſi fiat tp̄e triſticię: ꝓpt' ꝑſonā: vt ſi fiat a ꝑſona
religioſa. his remotꝫ pt̄ fieri. penitēti aūt nō cōpetit
q2 eſt tp̄e triſticię. Similit iudicandū ē de ſpectacul'.
vt idē dicit ſctūs Bonauē.

**Lumen naturale** ſm Petꝝ de Aliaco di. ij. q. iij. ar. iij. li. j. dicit lumen
ſiue cognitio ſine errore itellectui poſſibil' de cōi cur
ſu naturę. Et dr̄ ſine errore: q2 cognitio erronea nō de
bet dici lumē naturale: ſʒ potiꝰ tenebra. Et vt idē ait
in lumie naturali nō ē nobis ꝑ ſe aut ꝑ experiētiā no
tū vnū tm̄ eē deū. Articulū q̄ʒ de vnitate dei (vt idē
inq̄t) crediderūt phi ⁊ ꝓbauerūt i lumie nāli: patʒ i librꝫ
Ariſtotel' ⁊ alioꝝ pluriū phoꝝ. Et quāuis articulus
de vnitate dei nō poſſit nobis fieri euidēs i lumie na
turali: tn̄ hoc pt̄ in lumie ſuꝑiori: q2 in lumie ſuꝑnāli.
Et vt idē dr̄ q. v. ar. iij. li. j. ꝓprietas phi eſt q̄ intrat lu
mini nāli/ niſi vbi oppoſitū docet lumē fidei. Vñ vt
ipe ait: nō ſūt digni vocari phi/ q̄ ꝯcedūt aliquid ita
difficile ad ſuſtinēduʒ ſicut ⁊ poſitio de trinitate abſ
q̄ hoc q̄ ad hoc cogāt fidei auctoritate. Itē ois poſi
tio debet a catholicꝫ ⁊ ab oibꝫ negari/ cuius oppoſitū
circūſcripta fide apparet euidēs i lumie nāli. ⁊ hoc ni
ſi ad ꝯcedēdū ipa cogit auctoritas fidei ⁊c̄. Et lumē
ſm Gerſo. pte. iij. de oculo dr̄ oē qd̄ manifeſtat. Si
gnat aūt deꝰ duplex lumē ſuꝑ aias. ſ. vnū nāle ⁊ alid̄
ſuꝑnāle: vt ſcribit Iaco. de valē. pſ. iiij. Lumē natu
rale ē lumē itellectꝰ agētis ⁊ rōnis q̄ oia nālia aia nr̄a
pt̄ cognoſcere ꝑ ſtudiū ⁊ actioneʒ. ⁊ ſic pt̄ cognoſcere quō
aia nr̄a ē imortal' ⁊ depēdēs a pmo eſſe/ qd̄ ē deꝰ: ꝓut
nālit cognouerūt phi deū ⁊ itelligētias/ ⁊ aiam nr̄aʒ eē
imortalē ⁊ in eadē pte intellectꝰ ponit lumē rōnis/ q̄
dicit inferior pars: per qd̄ pt̄ cognoſcere q̄ ſunt bona
vel mala/ iuſta vl' iniuſta/ turpia vel honeſta/ agēda
vl' nō agēda. Vñ ſicut pmū lumē dr̄ ſpeculatiuū/ ita
ſecūdū dr̄ practicū. ⁊ tn̄ vtrūq̄ʒ lumē dr̄ nobis natu
raliter inſitū. Latiꝰ de hoc Valētia. Lumē aūt ſuper
naturale eſt illud qd̄ infundit ex ſpēali dono ſpūſſan
cti: eleuās intelligentiā vltra naturā ſui: ad apphen
dendū ea que ſunt ſuꝑ humanā facultatē: ꝓut ſpiri
tuſſanctꝰ diuidit ſingulis ꝓut vult. j. Coꝝ. xij. Et il
lud dupl'r ꝑuenit ad nos. Vno mō ꝑ ſpūalē infuſio
nem ⁊ illuſtrationē. ⁊ ſic receperūt ipm pr̄iarchę ⁊ ꝓ
phetę in ve. teſtō. ⁊ apl'i ⁊ ſcti doctores in nouo teſta.
Scdō ꝑuenit illd̄ lumē ad ſimplices fideles per do
ctrinā ⁊ p̄dicationē. Lōgior eſt ibi Valētia. Et lumen
ſpūaliter accipiēdo: vt notat Guil. Sco. imitator ſu
per. j. diſt. iij. pte. ij. ar. j. eſt quoddā mētis accidēs qd̄
nobis lux vera deꝰ infūdit: quo intellectꝰ noſter pōt
per creaturas deū ⁊ ſanctā trinitatē cognoſcere. Vñ
de chr̄o ſcribit Ioā. j. Erat lux vera q̄ illuminat omnē
hoieʒ venientē in hūc mūdm. Itē omīs potētia cogni
tiua dr̄ lumē potētiale.

**Lumen** eſt duplex. ſcʒ: corꝑale/ ⁊ ſpūale. Vñ Alexā. pte. iij. q. xiij. dr̄: q̄ in
corporalibꝫ veꝝ eſt q̄ maiꝰ lumē obfuſcat minus lu
men: nō aūt in ſpūalibꝫ. Cuiꝰ rō eſt: q̄a omīa lumina
corꝑalia ſunt ad vnū actū. ſ. manifeſtatiōis: qui actꝰ
ꝟe ⁊ pleniſſime eſt a lumie ſuꝑiori. In corꝑalibꝫ aūt
nō ſic. Nā lumina donoꝝ aut virtutū nō ſt ad vnuʒ
actū. Vel vt dr̄ ſan. Tho. pte. iij. q. ix. arti. j. q̄ ſi duo
lumina fuerūt eiuſdē ordis/ maius obfuſcat ſeu ab
ſorbet minꝰ. ſicut lumē ſolis: lumē cādelę: q̄a ſunt in
ordine illuminātis. vbi ꝟo maius lumē eſt in ordine
illuminātis/ ⁊ minꝰ in ordine illuminati. tūc maius
lumē nō obfuſcat/ ſed auget lumē minus: ſicut ſolis
lumē illuminat aeris lumē. ⁊ Gabri. di. xiij. q. vnica.

**Lupus** Per lupū q̄nq̄ʒ ſcatur malus paſtor. vt ſcribit Gerſon parte. ij. art. j. lib. iij.
in ſmo. facto in cōcilio Remēſi: dn̄ica. ij. poſt paſca.
q̄ lanā ⁊ lac ouiū/ imo carnes ⁊ oſſa ꝑ violentiā ⁊ ex
actionē ſurripit/ caſſat ⁊ opp̄mit. ⁊ ꝑ gulaʒ ⁊ luxuriā
lanā ⁊ lac ouiū cōſumit/ qui de ouibꝫ non curat. Ta
les execrat Ezechiel: cū ait. Lac comedebatꝫ: ⁊ lanis
oꝑiebamini. Qd̄ craſſum erat occidebatꝫ: gregē autē
meū nō paſcebatis. qd̄ infirmū fuit nō cōſolidaſtis:
⁊ qd̄ egrotū erat nō ſanaſtis. qd̄ cōfractū eſt non alli
gaſtis: ⁊ qd̄ abiectum eſt nō reduxiſtis: ⁊ qd̄ perierat
nō queſiſtis: ſed cū auſteritate imperabatis eis/ ⁊ cū
potētia. ⁊ reliqua in hanc ſententiā.

**Lux** vt ſcribit Bruleſer eſt q̄litas corporis lucidi. Lucidū eſt piū corpus habēs lucē. Lumino
ſum: eſt ipm corpꝰ illuminatū. Et lux ſcat id q̄ colo
res manifeſtāt vt videri poſſint: ſiue quo viſibile in
potentia/ ſit actu viſibile. Sumit ⁊ trāſſumptiue ex
vſu loquētiū ad omē illd̄ quo manifeſtat cognoſci
bile. ſicut dr̄ Apl's ad Ephe. v. Omīa q̄ manifeſtant:
a lumie manifeſtant. Et ſequit. Omē qd̄ manifeſtat
lux eſt. ſic deꝰ ⁊ angeli lux ⁊ lumē dicūt. ſicut ⁊ dona
⁊ habitꝰ lumina dicūt. Hinc dr̄ in ſymbolo Niceno.
Deū de deo lumē de lumie. vbi lumē eſt notionale ꝓ
qualibet ꝑſona. ⁊ oēs tres ſūt tria lumia notionalia:
⁊ ſunt vnū lumē eſſentiale. Dicimꝰ ⁊ lumē fidei/ lu
men gratię/ glię.

**Lux** ſm ſan. Bonauē. acci pit tripl'r. Vno mō ꝓ forma ſubali: q̄ dat eſſe corpori
lucido. A q̄ luminoſum/ corpꝰ eſt pncipal'r actiuuʒ.
Alio mō lux dr̄ eſſe fulgur qd̄ eſt circa corpꝰ lumino
ſum. qd̄ ſequit exiſtētiā lucis in tali numero: ⁊ qd̄ eſt
etiā obiectū ſenſus ⁊ operatiōis inſtrumētū. ⁊ ſic eſt



accidētale cōplemētū. Et triplex ē actꝰ lucꝫ (vt idē ſcri
bit Bona. di. vlti. ar. ij. li. iiij. ſ. manifeſtare/ dirigere
⁊ delectare: ſic ⁊ i luce ſpūali. vide cū latiꝰ. Vñ lumē
(vt ſcribit Rich. di. vlti. ar. v. q. j. li. iiij. ꝑ ſe ē delecta
bile/ ꝑ accidēs aūt pōt eſſe triſtabile/ inquātū aliq̄d
oſtēdit qd̄ diſplicet: ⁊ q2 infernꝰ ē locꝰ ois triſticię. iō
ſimplicit locꝰ tenebroſus ē/ nec ē ibi aliqd̄ lumē puꝝ
qd̄ viſuʒ delectet: ē ibi tn̄ lumē aliqd̄ obſcuritati pmi
xtū q̄ dānati videre poſſint vñ doleant. Rich. Et lux
⁊ lumē apud ml'tos ꝓ eodē accipiunt. Eſt tn̄ aliq̄ dif
ferētia rōnis noīm. Nā lumē ſupponit ꝓ luce/ ⁊ ꝯno
tat eiꝰ effluxū a luce: hoc ē ꝓductionē a luce. Probat:
q2 lux ſolis nō pōt dici lumē: q2 nō eſt ꝓducta ab alia
luce corꝑali. Lux lunę/ ſtellaꝝ ac nubiū ⁊ inferiorū ꝑ
irradiationē ſolis ſuꝑ ea cauſata pt̄ dici lumē/ ⁊ etiā
lux. Et lux etiā pōt dici q̄litas intēſa/ ⁊ lumē remiſſa
ab ea ꝓcedēs: vt refert Gab. ſm aliq̄s vbi ſ͞. Et d̄ q̄d
ditate lumis ſctūs Bonauē. ponit. vij. opiones/ ex
q̄bꝫ nihilominꝰ vix colligi pōt (vt ait Gab. di. xiij. li.
ij.) q̄d ſit lumē imo nec adeq̄ta ſcatio nois. Et lux (vt
idē dicit Gab. dub. ij.) ē accidēs ſolis: q2 pōt etiā au
ferri a ſole ꝑ potētiā diuinā ſicut freq̄nt habet i ꝓphe
tis. Et ſm q̄ſdā ita ſol fuit ꝓuatꝰ lumie i paſſiōe dn̄i.
Itē pōt augeri. Vñ Eſa. xxx. Erit lux lunę ſic lux ſol'
⁊ lux ſol' erit ſeptuplicit ſicut lux ſeptē dieꝝ. Nō ē ḡ
lux de eſſentia ſolis/ ſiue ps eiꝰ eſſential': licet ſit acci
dens ꝓpriū ſeu inſeparabile naturalit ſicut albedo ci
gno. Hec Gabriel.

**Lux et lumen** radius et ſplendor differunt ſm
Richar. li. ij. di. xiij. ar. ij. q. j. Et Tho. in ſcripto. diſt.
xiij. eodē li. ar. iij. Et Pelbartꝰ poſt eos refert. lib. iij.
roſa. theo. Q lux dicit quādā formā accidētalē i cor
pore lucido exiſtentē actu/ a q̄ alia illūinant: vt ē lux
in ſole vl' in ſideribꝫ ⁊ c̄. Lumē aūt dr̄ ſm qd̄ lux ipſa
ꝑ ſui ml'tiplicationē ē recepta i corꝑe diaphono illūi
nato. Sʒ radiꝰ dr̄ illumiatio diffuſio ſm directā line
am oppoſitā corpi lucido: puta ſoli ⁊ hmōi: ⁊ ideo vbi
cūq̄ʒ ē radiꝰ ibi ē lumē: ſʒ nō ecōuerſo. Cōtigit enī lo
mē eſſe i domo ex reflexiōe radioꝝ ſol': quāuis nō ex
directa oppoſitiōe ꝓpter aliqd̄ corpꝰ iteriacēs: ꝓpt' cu
ius obſtaculū radiꝰ nō pōt directe intrare talē domū
illuminatā. Et eſt triplex radiꝰ. ſ. rectꝰ reflexꝰ ⁊ fractꝰ
ſiue refractꝰ. de q̄ i ꝑſpectiua videri pōt. Et Algazel i
ſua ꝑſpectiua. ⁊ i meteoꝝ. Ariſto. Splēdor ꝟo dr̄ lu
mē reflexū a ſuꝑficie corporis opaci politi p̄ſertim ⁊
terſi ſicut a ſuꝑficie argēti vl' aquę vl' lapidis p̄cioſi:
ex q̄ reflexiōe radij aliq̄ñ exeūt.

**Luxuria** dicit generalit oēm inordinatā cōcupi ſcētiā delectatiōis ſiue carnal' ſiue ſpū
alis/ hac peccauit lucifer ſm Scotū: ⁊ poſt eū ſcribit
Bruleſer di. v. q. j. li. ij. ſ. capiēdo luxuriā ꝓ inordina
to amore ſuipꝛiꝰ vl' alteriꝰ/ fuit enī inordinatꝰ amor
ſuipꝛiꝰ cōcupiſcētię. Et q2 ꝯcupiuit btītudinē intēſiſ
ſime: q2 nō minorē q̄ʒ deꝰ habet. ⁊ q2 ꝯcupiuit btitu
dinē nimis accelerādo. q2 nolebat eā mereri: ſʒ añ tē
pus determiatū volebat hēc. volebat ⁊ eā hēc ſine me
ritꝫ vltra ordiationē diuinā. Fuit ⁊ inordinatꝰ amor
excellētię ſuꝑ alios. peccauit ḡ hoc mō petō luxurię.
Et licet ꝓprie vt ē diſtinctū capitale vitiū ꝯ alia capi
talia dr̄ eſſe i actibꝰ venereis: extēdit tn̄ ad oē delecta
bile mouens appetitū inquātū delectabile: vt ſcribit
Gab. di. vj. q. vnica. li. ij. Luxuria (vt inq̄t Corteſiꝰ)
p̄liū cū caſtitate init/ ⁊ varia armoꝝ genera ad dimi
candū affert. Itē luxuria ē ꝯcupiſcētia experiēdę vo
luptatꝫ/ vl' ꝯcubitꝰ deſideriū ſuꝑ modū/ vl' ꝯ rōnē ef
ferēs ſm Hugo. li. de ſacris. Et ſm be. Tho. ſcda. ij.



q. cliij. ⁊ i q̄ſti. de malo. q. xv. Luxuria ē appetitꝰ inor
dinatꝰ venereoꝝ: ⁊ pncipalit ē circa voluptates ve
nereas. Secūdario aūt dicit exceſſum in alijs (vt in
quit Tho.) Et ſm Cice. luxuria ſiue luxuries ſiue lu
xus eſt imoderata appetitio cuiuſcūq̄ʒ rei gratę rōni
nō obtēperās. capiturq̄ʒ ꝓ imoderata ꝑfuſiōe. Intel
ligimus (inq̄t Cice.) q̄ʒ ſit turpe defluere luxuria: de
licate ac mollit viuere: ſumit etiā ꝓ nimia rei abūdā
tia. Vñ luxuriari q̄quo mō ꝓfundere mō nimiū abū
dare ſcat. Virgil'. Luxuriē ſegetū tenera depaſcit in
herba. Repit ⁊ luxurior ⁊ luxor aris. in eadē ſcatiōe.
Dicunt aūt hec a luxo qd̄ ſcat ſoluo: a q̄ etiā luxa ⁊
luxata mēbra dicunt ſoluta/ ⁊ ſuis locꝫ mota. Itē lu
xati q̄rū mēbra ſuis locis mota ſūt. Pli. Altee radix
decocta luxatis prodeſt.

**Luxuria** ſm Gerſonē in triptito de cōfeſſiōe cir
ca pctm̄ luxurię/ ⁊ i triptito de p̄ceptis decalogi. ca. xj
⁊ i regulis moralibꝫ vbi ſic ſcribit. Luxuria ex genere
ſuo moralē dicimꝰ ꝓpter corruptionē generatiue vir
tutis maiorē q̄ʒ nutritiuę ac minorē eiꝰ neceſſitatē. ⁊
q2 ꝯriat huic p̄cepto. Nō mechaberꝫ: ⁊ vt ꝑ bona ma
trimonij actꝰ iſte q̄rat excuſari. Cōſenſus i delecta
tionē luxurię circa obiectū ſibi ꝓhibitū ē mortale pec
catū: ſiue ſit i cogitatiōe/ ſiue i ꝟbis/ aut i viſu/ aut ta
ctu/ aut nutibꝫ/ aut opatiōe. Quāobrē familiaritas
magna hoim carnaliū mutuo p̄ſertim ad nudū: quā
tūcūq̄ʒ eiuſdē generꝫ aut ſexꝰ/ aut diuerſę ętatꝫ ꝑicu
lo ꝓxima ē: ideoq̄ʒ vitāda ē. Grauitas pcōꝝ luxurię
ex genere ſic ordinat ſm grauiꝰ ⁊ minꝰ graue: quāq̄ʒ
ex circūſtātijs poſſit coꝝ grauitas alit variari. Beſti
alitas cū brutis/ ſodomia cū eodē ſexu/ aut i vaſe nō
ordinato/ mollicies ſecū/ ſacrilegiū dicataꝝ/ inceſtū
parentū/ ſtuprū ꝟginū/ adulteriū ligatoꝝ/ fornica
tio ſolutoꝝ/ luxuria generalit. Et licitū ē (inq̄t Ger
ſon) ſuā caſtitatē ſicut ꝓpriā vitā defendere vim vi re
pellendo. Et cōpat luxuria porco vt idē ſcribit i cōpē
dio theologię de ſeptē vitijs capitalibꝫ. Suꝑbia ꝟo
vel vana gl'ia cōparat leoni. Inuidia cani. Ira lupo.
Acidia aſino. Gula vrſo. Auaricia ericio cōparat. Cō
parant ⁊ illa vitia ſm eūdē ſeptē grauibꝫ infirmitati
bus. Suꝑbia ſeu vana gl'ia cōpat corpis inflatiōi.
Inuidia leprę: ira freneſi: acidia letargię: auaricia hy
dropiſi: gula epilentię: luxuria cōparat febri. Et ſm
eundē pte. ij. de ſeptē vitijs capitalibꝫ luxuria ſic de
ſcribit. eſt ex imūdis deſiderijs veniēs lubrica mētis
⁊ carnis ꝓſtitutio. ſm alios ſic deſcribit. Luxuria eſt
libidinoſę voluptatꝫ appetitꝰ/ ⁊ intelligas hūc libi
dinoſum appetitū/ qñ eſt ex cōſenſu ratōis: ſic ſcʒ q̄
ipa rō cū cohibere poſſet/ nō tn̄ cohibet: q2 tūc talis li
bidinoſus appetitus eſt pctm̄ mortale. Luxuria ſm
Iſido. eſt ſolutio i voluptates: voluptates aūt maxi
me venereę ſoluūt anim hois. Adhuc ſm alios luxu
ria ē corpis incōtinētia ex prurितु carnis originē tra
hens. Et ſm Grego. xxxj. moralium. octo aſſignant
filię luxurię. ſ. cęcitas mētis/ incōſideratio/ incōſtan
tia/ p̄cipitatio/ amor ſui/ odiū dei/ affectꝰ p̄ſentꝫ ſecu
li/ horror ſeu deſperatio futuri. de q̄bꝫ Gerſon plura
ſcribit. Species ꝟo ſūt. vij. ſ. ſimplex fornicatio/ ſtu
prū/ adulteriū/ ſacrilegiū/ inceſtus/ raptꝰ/ pctm̄ ꝯtra
naturā. de q̄bꝫ ſ͞. ⁊ Gerſon pl'a de his ſcriptis reliq̄t.
Videat ⁊ Alexā. pte. iij. ⁊ al's habet i ſūmis Antonini
⁊c̄. ⁊ colligit pl'a Pelbar. li. iij. roſa. theo. Et ſm Ger
ſonē luxuria ē libidinoſa q̄dā circa actꝰ venereos vo
luptatꝫ ꝯcupiſcētia. Hec aūt ꝯcupiſcētia luxurię du
plicit ꝯtingere pōt ſeu ꝯſiderari. Vno mō ꝓut ē ſolū
in corde. Alio mō ꝓut etiā ab extra cōſiſtit in opere.

Quantū ad primū modū poteſt hoc iterū ꝯtingere tripliciter. Primo mō ꝓut ipſa ꝯcupiſcentia in ſolo primo motu ꝯſiſtit:⁊ tūc nō eſt niſi veniale peccatū. Secundo prout ipm motū naturalē ſequit̃ ꝯſenſus in delectationē:licet nō in opus:⁊ ſic eſt peccatū moꝛtale. Tertio mō illa ꝯcupiſcentia ꝯſiderari poteſt: ꝓut etiam ex deliberatione ꝯſentit̃ in opus:⁊ tunc eſt moꝛtale peccatū.etiam ſi pro tūc nō tranſeat in actū ab extra. De q̃ lati⁹ ꝯſulito Gerſonē/q̃ ⁊ ponit remedia parte.ij.in ſermone de ſctō Bernar. Et parte.iij. in ſermo.de ſctō Antonio.ſ. oꝛatio: fugere occaſiões quib⁹ q̃s trahi poteſt ad perpetrādum peccatū ſicut colloquia:itē fugere ocioſitatē. Itē ieiuniū/⁊ generale q̄ddā remediū ꝯtra hoc peccatū ⁊ ꝯtra oīa alia: eſſet ſepius loqui:audire de ſctā ſcriptura ad vitā miſericoꝛdie noſtre renouandā ⁊ lauandā vt ratio redderet̃ claꝛioꝛ/ꝑ quā videre poſſemus ⁊ habere virtutes/ſi pura eſſet. De hoc vitio m̃lti multa litterꝭ mādarunt:ſed hec ꝑdicta ſufficiāt nobis/⁊ adhuc rudibus in theologia ⁊c̃.

## De littera M

**Magica ars que pro**hibita eſt ⁊ qd ſit videat̃ in littera A.

**Macula** turpitudo ſoꝛdes. ponit̃ ⁊ ꝓ nota ⁊ ſigno et infamia. A quo maculoſus ſoꝛdidus immūdus. Eſt ⁊ macula anime/q̃ ſm Petꝛ. Paludā.nihil eſt aliud q̃ꝫ priuatio gratie/⁊ remiſſio q̃ ad maculā/nō eſt niſi reſtitutio ꝑ penitentiā. Sicut macula lune ē priuatio lucis/⁊ pulcrificatio eſt eius illuminatio. Paludenſis di.xix.q.j.arti.ij.lib.iiij. Et hec eadē ē remiſſio quo ad culpā/que culpa eſt defectus quidā voluntarius:ſed omīs priuatio gratie eſt defectus quidā volūtarius ſiue voluntate perſone:vt in moꝛtali actuali:ſiue voluntate nature vt in oꝛiginali ⁊c̃. Uide ⁊ in dictiōe Reatus. ⁊ magiſtrū in textu di.xviij.lib.iiij.

**Magiſter** is appellat̃ qui alicui⁹ rei pre ceteris curā gerit ſm Hoſtien. magiſtri proprie dicunt̃ artiū ꝑceptoꝛes. Transfert̃ tamē hoc nomen ad oīes quib⁹ ꝑcipua cura rerū incūbit. Dicūtur aūt vel a monendo vel mōſtrando/qꝺ magis ceteris poſſint/vel ꝙ magis q̃ꝫ ceteri diligentiā ⁊ ſollicitudinē rebus quib⁹ ꝑſunt debēt. Hieron. ſup illud Mat.xxij. Magiſter ſcim⁹ qꝛ verax es.mgr̃ꝫ vocāt vt q̃ſi laudat⁹ myſteriū coꝛdis ſui ſimplicit̃ aperiat/eoſq̃ꝫ velit hr̃e diſcipulos. Et ep̃la.lxxix. Mgr̃ ꝓbe ꝯtatꝭ ⁊ vite eruditiōiſq̃ꝫ eligēd⁹ ē ⁊c̃. Jaco. in ep̃la.c.iij. Nolite pl̃es mgr̃i fieri frēs mei ſciētes: qm̄ mai⁹ (iudiciū ſumitꝭ

**Magnū** vl̃ magnitudo acci pit̃ q̄drifariā: vt notat Gab.di.xix.q.j. li.j.⁊ eadē ſcribit dn̄s Cardial̃.camera.q.x.ar.j.li.j. Uno mō largiſſime ⁊ ſic idē ē qꝺ ꝑfectio/vel ꝑfectū. Sic dr̃ Aug.vj.ꝺ tri.ꝙ ībis q̄ nō mole mag̃ ſūt ē idē meli⁹ eſſe qꝺ mai⁹ eē/⁊ illo mō q̄libet res ē magna vl̃ magnitudo q̄dā. Secūdo mō capit̃ large ꝓ oīni ꝯtinente pl̃a ſiue ſit ꝑ ſe vnū ſiue aggregatiue:quō numer⁹:ꝑpl̃s:exercit⁹ ⁊ motus magn⁹ dr̃/⁊ vn⁹ maioꝛ alio:ita accipit Augu.cū dr̃. ꝙ aīa eſt maioꝛ ſeipſa qn̄ recipit ꝟtutes. Tertio mō ſtricte capit̃ ꝓ aliq̄ ꝯtinente plura eiuſdē rōnis facientia vnū ꝑ ſe:ſiue illa pl̃a diſtiguant̃ loco ⁊ ſitu ſiue nō. Sic charitas itēſa eſt magna ⁊ maioꝛ charitate remiſſa. Quarto mō capit̃ ſtrictiſſime vt eſt ſpecies q̄ntitatꝭ diſtincta ꝯ ml̃titudinē ⁊ capit̃ ꝓ aliq̄ ꝯtinēte pl̃a eiuſdē rōis facientia per ſe vnū diſtincta loco ⁊ ſitu. Et hec dr̃ magnitudo dimēſiua. Et h̃ mō loquit̃ Aug⁹.v.de tri.⁊ allegat Mgr̃ di.viij.li.j.cū dicit ꝙ de⁹ eſt ſine q̄litate bon⁹: ſine quātitate magn⁹. Sic etiā quātitas quadruplr̃ diſtinguit̃. Eſt eīm quātitas ꝟtutis/duratiōis/diſcretiua:⁊ quātitas molis.q̄ facile ex dictis patent. Sed magnitudo in diuis ſm vſuꝫ ſctoꝝ vt Gab.⁊ Aliacēſis ſcribūt:qn̄q̃ꝫ accipit̃ vt eſt mere abſolutū:ſicut ſapiētia/ꝑfectio.⁊ ſic nll̃o mō diſtinguit̃ ab eſſentia. ⁊ illo mō ꝑſone dicunt̃ eq̄les ꝓpter eſſentiā vnā in eis. Et ſicut omniū ꝑſonaꝝ eſt vna eſſentia/ita ⁊ vna magnitudo. Et ſic pat̃ nō eſt foꝛmal̃r eſſentia:ita nec eſt foꝛmal̃r magnitudo.⁊ ſic p̄ternitas ex ſe ſiue foꝛmalit̃ nec eſt equalis/necineq̄lis filiationi:ſꝫ tm̄ rōne eſſentie:q̄ eſt eadeꝫ vtriq̃ꝫ/paternitati.ſ.⁊ filiatiōi. Alio mō accipit̃ magnitudo ꝓ oīni realitate poſitiua ſiue abſoluta:ſiue relatiua. Iſto mō p̄ternitas ex ſe ⁊ foꝛmalit̃ eſt q̄daꝫ magnitudo/ſicut ex ſe eſt q̄dā entitas real̃:⁊ ex ſe eſt ꝑfecta ⁊ ꝑfectioꝛ oīni creatura:eiq̃ꝫ ex ſe repugnat oīs īperfectio. Uide lati⁹ Gab.⁊ Aliacēſem.

**Magnanimitas** q̄ foꝛtitudini maxie eſt ꝯiuncta. vt ſcribit Paulus Coꝛte.li.iij.ſent̃.ſuaꝝ.di.viij.quatin⁹ ſcꝫ in reꝝ magnaꝝ difficultate verſet̃:cui ꝯ̄ria eſt animi tenuitas. quā greci μικροφυχιαν vocāt. Opponit̃ qn̄quideꝫ magnū ⁊ paruū int̃ ſe ſuapte natura diſſideāt. hec eſt nature ſue inſcitia que robur ꝟtutis delūbat: ac a rerū magnitudie recedit:quaꝝ eſt aptiſſime capax. hec Coꝛte. Et ſꝫ Ariſt.iiij. Ethi. Magnanimitas ē virtus que verſat̃ circa mag̃. Et li.j. Rheto. eſt virt⁹ magnoꝝ bn̄ficioꝝ effectiua. Cui⁹ ꝯ̄riuꝫ eſt puſillanimitas. Magnanimitas ſm ſan. Tho.ij.ij.q.cxxix.ar.j. impoꝛtat extenſionē animi: vl̃ ad mag̃ abſolute/vl̃ ſm ꝓpoꝛtionē. Et ibidē ar.iij. Magnanimitas aīt eſt virt⁹ tendēs ad maxia ſm rectā rōneꝫ. Et magnanimitas ſi vltra moduꝫ ſe extollat( vt inq̄t Seneca de q̄tuoꝛ ꝟtutib⁹) faciet viꝝ minacē/inflatū/turbiduꝫ: inquietū in q̄ſcūq̃ꝫ excellētias dictoꝝ atq̃ꝫ factoꝝ neglecta honeſtate feſtinū ⁊c̃. Et ſm eūdē. Si magnanimitas a comitate hūana ſit remota: feritas q̄dam erit ⁊ īmanitas ⁊c̃. De hac ꝟtute ml̃ta videant̃ apud ph̄os ⁊c̃. Et Anto. parte.iiij.titu.iij.c.v.

**Magnificentia** que grece dr̃ μεγαλοπρεπεια:eſt magnaꝝ reꝝ ⁊ excelſaꝝ cū animi ampla quadā ⁊ ſplēdida ꝓpoſitione cogitatio/atq̃ꝫ adminiſtratio: ſꝫ Cice. in Rheto. ⁊ ſm Ariſt.li.j. Rheto. Magnificētia eſt virt⁹ magnitudinis ſūptuū effectiua. Cui⁹ ꝯ̄riū eſt modicitas. Magnificētia(vt ſcribit ſan. Tho.ij.ij.q.cxxxiiij.art.j.)ē virt⁹ factiua magnoꝛuꝫ. Et eſt virt⁹ gn̄alis:ſi ſumat̃ facere ꝯīter.ſ.ꝓ oīni ope. Si ꝟo ꝓꝑꝛie.ſ.ꝓ opatione exterioꝛe:eſt virt⁹ ſpēalis: Magnificentiā dr̃ Paul⁹ Coꝛt.li.iij.ſuaꝝ ſent̃.di.viij. ex foꝛtitudine naſci:q̄ ē magnoꝝ opeꝝ ꝯfectrix:cū decentia ſūptuū collocandoꝝ. Magnific⁹(vt inq̄t Gerſon tract̃.iiij.ſup Canti. Marie)nō de honoꝛe vel gl̃ia curā hꝫ/ſꝫ de opib⁹ ꝑclaris:q̄ gl̃ia digna ſīt ⁊ honoꝛe.colit lucem/ſpernit vmbrā. Gloꝛia ſua eſt(ſic dr̃ Apl̃s) teſtioniū ꝯſciētie ſue.nō de alieno pēdet iudicio:cui modicū eſt ſi iudicet̃ ab hoīb⁹/vl̃ ab hoīe/aut ab hūano die. Nā qui ſe iudicat dn̄s eſt. Fit hūilis ꝓinde in fuga gl̃ie. fit magnanim⁹ in opatiōe magnoꝝ/cū dignitate meritoꝝ. Deniq̃ꝫ cū gl̃iat̃/in dn̄o gl̃iat̃. hec Gerſon. Et ſꝫ eundeꝫ pte.iiij.ſer.de ſctis Petro ⁊ paulo. Differūt magnificētia ⁊ ſuꝑbia. Nā ſuꝑbia dūtaxat ꝓꝑꝛiā q̄rit laudē:ſiue bonū alibi euenire debeat ſiue nō. Magnificētia ꝟo oīno ꝑ ꝯ̄riū ſolū hꝫ oculū ad vtilitatē alteri⁹: ⁊ ad honoꝛē dei.talit̃ ꝙ ſi illa ꝯmoditas eq̄ bn̄ euenire deberet ꝑſonale vituꝑiū incurrēdo: vl̃ vt gl̃iaꝫ illā haberet alt⁹:nō tn̄ ob id deſineret facere qꝺ fac. In tali ꝟo caſu ſuꝑbia oīno bn̄ opari conaret̃. Magnificētie ꝓꝑꝛietas(vt idē ſcribit tract̃.xj.ſup Mḡr.) eſt ꝯſūmatio foꝛtis inchoatoꝝ:ſicē ad magnimitatē ſpectat aggreſſio ꝯſiderata magnoꝛum.

**Magnificatio** dn̄i( vt ſcribit Gerſō trac.v. ſup Cāti. ꝟgis.)ē ſpēs pietatꝭ coꝛde/oꝛe vl̃ ope ꝓueniēs ex ꝯſideratiōe vl̃ preſtatiōe diuine magnitudis ⁊ maieſtatꝭ ſui dn̄i. Eſt eīm maieſtas q̃ſi magnitudis ſtat⁹. Et magnificat̃ dn̄s a creatura:nō in augmētū ſui in ſe/ſꝫ qꝛ magn⁹ eē ꝑdicat̃: canit̃ ⁊ laudat̃. Aut certe q̄a magnificā facit aīaꝫ cui mag̃ facit q̄ potēs eſt. Naꝫ q̄s iuſtificauit/hos ⁊ magnificauit. vt dr̃ idē Gerſon tract̃.j.ſup Mag̃r.⁊ tracta.ij.ſup eodē Canti. ꝟgis. Magnificare dn̄ꝫ nihil aliꝺ eſt q̃ꝫ magnū ſcare.nō ei facim⁹ deū alit̃ magnū. Sūt āt modi ſcandi magnitudinē dei ſine nūero:in gn̄e duo. Un⁹ interioꝛ in aīa cog̃ſcēre ⁊ diligēre deū. Et eīm fide/ſpe ⁊ charitate magnificat̃ in aīa de⁹:qm̄ magn⁹ ab ea ⁊ in ea ſcat̃. Mod⁹ alt̃ eſt exterioꝛ tā multiplex q̃ꝫ varia ſīt ſigna q̄ rep̄ſentare pn̄t ab extra magnitudinē dei. Quid eſt ei ſcare: niſi aliq̄d intellectu rep̄ſentare. ſic h̃ ꝑ voces/ſic ꝑ coloꝛes vl̃ ſpēs coloꝝ: ſic ꝑ obiecta q̄rūlibet ſenſuū:ſic ꝑ enigmata figuraꝝ in ſcripturis ſctis. ſic ꝑ r. uelatiōes myſterioꝝ. Hec magiſter Joānes Gerſon cācellarius ⁊c̃.

**Maieſtas** eſt decus/amplitudo ⁊ dignitas:vl̃ ꝓpl̃i vl̃ ſenat⁹ vl̃ mgr̃at⁹ vl̃ ꝑncipis vl̃ īperatoꝛis:aut etiā ꝑuati magni viri vl̃ alteri⁹ etiā rei maiate. Et maieſtatꝭ crimē iuriſꝯſulti diffiniunt eſſe:qꝺ aduerſus ꝓpl̃m rōanū/vl̃ aduerſus ſecuritatē ei⁹ ꝯmittit̃. Et ſm ſan. Tho. ſup ep̃lam ad Heb. Maieſtas eſt ſūma poteſtas.

**Maius et minus** capiunt̃ dupl̃r. vt ſcribit Gab.di.j.q.ij.li.iij. Uno mō vt maius dr̃ qꝺ excedit aliꝺ in certa ⁊ det̃minata quātitate.⁊ ſic nō attribuit̃ infinitis:nec vnū eſt maius alio. Alio mō largi⁹: vt mai⁹ dr̃ qꝺ ꝯtinet oīa q̄ ꝯtinet aliꝺ/vl̃ ſibi coꝛreſpōdēs:⁊ cū h̃ alia.⁊ ſic ꝯcedit̃ vnū infinitū eſſe mai⁹ alio:⁊ minoꝛē eſſe medietatē toti⁹/q̃ꝫ totū. Sic(vt idē ſcribit lib.ij.diſt.j.q.iij.) aliqua dicunt̃ eſſe mai⁹ ⁊ min⁹ eq̄lia dupl̃r. Uno mō vt dicūt ꝯparationē vni⁹ quātitatis ad aliā ſm menſurā: vt eq̄lia dicant̃ quoꝝ eadeꝫ eſt mēſura. Maius qꝺ excedit aliꝺ in certa quātitate. min⁹ qꝺ excedit̃ in quātitate.⁊ ſic nō attribuunt̃ infinitis :eo ꝙ infinitū nō ē mēſurabile. Alio mō accipiūt̃ largi⁹ illi termini: vt equalis ſint aliq̄ ſic ſe habētia: ꝙ q̄cq̄d eſt in vno: id vl̃ ſibi coꝛreſpōdens eſt in alio:⁊ nihil vltra. Sic ſi de⁹ in q̄libet pte ꝓpoꝛtionali hoꝛe ꝓduceret lapideꝫ: ml̃titudo lapidū ꝓductoꝝ eſſꝫ eq̄lis ml̃titudini ꝓpoꝛtionaliū partiū hoꝛe: liꝫ vtraq̃ꝫ ml̃titudo ſit īfinita. Et mai⁹ large dr̃ qꝺ ꝯtinet oīa q̄ continet aliꝺ vel ſibi coꝛreſpōdēs:⁊ cū h̃ alia.⁊ ſic maioꝛ eſt ml̃titudo partiū toti⁹ ꝯtinui q̃ꝫ ei⁹ medietatꝭ:⁊ minoꝛ medietatis q̃ꝫ toti⁹. Gab. (

**Magis et minus** vt notat ſan. Bona.di. viij.lib.j.circa textū. dupl̃r pn̄t ꝯſiderari.ſ. In ꝯparatiōe ad idē:⁊ ſic dicūt intēſionē ⁊ remiſſionē. Uel in ꝯparatiōe ad diuerſas ſubas et naturas:⁊ ſic dicūt gradū ⁊ exceſſuꝫ.⁊ ſic eſt bene ponere magꝭ ⁊ minus in ente reſpectu creatoꝛis ⁊ creature:⁊ reſpectu creaturaꝝ ad inuicē.ſed in ꝯparatione creature ad creatoꝛē eſt exceſſus impꝛopoꝛtionabil̃ ⁊ infinit⁹:reſpectu creaturaꝝ ad ſeinuicē: eſt ꝓpoꝛtionabilis. Hec Bonauē. (

**Maioꝛ et minoꝛ** ꝓ ut attribuunt̃ chꝛiſto:ſic ſīt diſcernēda. Chr̃s eſt maioꝛ ſeip̄o ſm hūanitatē:minoꝛ ſeip̄o ſm deitatē.⁊ ſic minoꝛ pr̄e ſm hūanitatē. h̃ eſt dictu: diuitas in chr̄o maioꝛ eſt:qꝛ creatoꝛ/q̃ꝫ hūanitas q̄ eſt creatura. Un̄ canit̃ in Symbolo. Eq̄lis pr̄i ſm diuinitatē: minoꝛ pr̄e ſm humanitatē.

**Maledictio** eſt imp̄catio maloꝝ. De q̄ multa ſcp̄tis reliq̄t Anto. pte.ij.titu.vij.ca.v. Un̄ maledicere eſt ideꝫ qꝺ malū dicere. Pōt āt maledictio fieri dupl̃r. vt notat Gab.di.xviij.q.ij.ar.j.li.iiij.poſt Tho. Uno mō intētiōe ibi ſiſtēdi. vt dū q̄s ex ira vl̃ odio imp̄cat̃ malū ꝑſone:nō in bonū ꝑſone/ſꝫ in malū ei⁹ appetitu vindicte vl̃ iuidie.⁊ h̃ mō oīb⁹ mōis ꝓhibita ē. De hac loq̄t Apl̃s Ro.xij. Bn̄dicite maledicētib⁹ vos: ⁊ nolite maledicere. Alio mō fit īpꝛecatio maloꝝ in bonū ei⁹ cui imp̄cat̃.ſ.vt ꝑ hec mala coꝛrigat̃:⁊ coꝛrect⁹ a peioꝛib⁹ ꝑſeruet̃ vel liberet̃.ſicut medic⁹ ſecat ⁊ abſcindit mēbꝛū vt vitā ꝯſeruet.⁊ h̃ modo maledictio qn̄q̃ꝫ eſt licita ⁊ ſaluerifera. puta qn̄ is q̄ maledicit̃ alit̃ ſanari non p̄t:⁊ talis eſt excōicatio.⁊ qꝛ diabol⁹ incoꝛrigibil̃ eſt/⁊ maledictio in bonū ei⁹ dirigi nō pōt nec dꝫ tanq̃ꝫ iam iudicati a deo irreuocabili ſn̄ia: nō ē maledicend⁹. Pl̃a apꝺ Anto. de maledictiōe ꝟbis.

**Maleficium** eſt ꝟtutum naturaliū faſcinatio ſiue obſtupētia.⁊ fit qn̄ diabol⁹ ꝑ aliquā artē īpedit nālia. vt qn̄ ad req̄ſitū ſoꝛtilegarū īpedit diabol⁹ ꝙ aliq̄s nō poſſit cog̃ſcere vxoꝛem ſuā/dādo īpedimētū circa ptē generatiuā. Et maleficia ſiue incātationes pn̄t qn̄q̃ꝫ fieri ꝑ adhibitiōeꝫ reꝝ naturaliū maleficiatꝭ:vt venenataꝝ herbaꝝ radicū: lapidū/⁊ ceteroꝝ ſimiliū: q̄ꝝ occl̃tas ꝓꝑꝛietates nouerūt demōes. vt ſcribit Gab.di.viij.q.ij.ar.iij.dubi.ij.li.ij. Et nō eſt dubiū q̄n talia applicata ſuis paſſiuis pn̄t hr̃e nō ex demonū ꝟtute/ſed ſua nāli ꝓꝑꝛietate opationē efficacē. De quo latius ꝯſulito ibideꝫ Gab. Uideat̃ ⁊ ſctūs Bonauē.di.xxxiiij.ar.ij.q.ij.li.iiij. Et Paludenſ̃ eadē di. Fiūt aūt maleficia ꝑ malignos ſpūs:q̄ vt ſcribit Scot⁹ di.xxxiiij.li.iiij. habentes pactiōes cū hoīb⁹/ſeruāt ꝓmiſſa:nō qꝛ veraces/ſꝫ vt alij eis adhereāt. qꝛ ſi nulla pacta ſuarēt/nulli eis ſeruirēt.⁊ vt illi quib⁹ ſeruāt ꝓmiſſa/eos celāt. Nam ex ſuperbia ſua ꝑcipue appetunt honoꝛes diuinos. Deus autē ꝑmittit eos exercere poteſtatē ſuā:ad impediēdū aliq̄s vel ab aliquib⁹ actib⁹:in quos poſſent ſi nō eſſent impediti.⁊ hoc vel ꝓpter peccata coꝝ/vel propt̃ aliquā aliam cām occultā.⁊ hoc modo magus habēs pactū cū demone:ꝓcurat ab eo vt iſtuꝫ impediat a tali actu/tali ml̃iere q̃ꝫdiu tale maleficiū perſeuerat:puta acus curuata: vel aliqua huiuſmōi. Et hoc dicit̃ fieri aliqua virtute occulta. vt inq̄t dn̄s ꝑpoſit⁹ Gabꝛi. lectiōe.iiij.canōis. nō inſiſtēte ei a quo tale fieri dicit̃/ſed aſſiſtēte. ſm quē modū maleficiꝫ incātatrices quoſdā effect⁹ ꝓducere dicunt̃:vt extrahere lac vaccaꝝ de ſedib⁹/vl̃ manubꝛijs ſecuriū. quod fit nō aliqua naturali ꝟtute maleficioꝝ/neq̃ꝫ ex coꝝ merito/ſed virtute occulta: ſiue mala ſiue bona aſſiſtente. Sic ſcti fecerūt aliq̄n miracl̃a aſſiſtēte virtute diuīa:nō ſꝑ ꝓpt̃ merita ſctoꝝ/ſed ſic etiam nōnulli reprobi miracl̃a fecerūt/demones expulerūt ꝓpt̃ generāduꝫ fidē in populo ⁊c̃. Poſſunt aūt malefici nocere ſuis maleficijs. vt ſcribit ſctūs Tho. in.ij.di.vij.⁊ viij. Nā pn̄t elemēta ꝯcutere/aerē ꝯturbare: ac mentes hominū alienare ⁊ coꝛpa ledere:⁊ tēpoꝛalia bona perdere ſicut diabol⁹ fecit ipſi Job. Dicit tn̄ Joānes

Nider in p̄ceptorio: ꝙ malefic9 qui p aliq̄ ſigna exteriora exercet ſua maleficia: nō facit illa per opera ſua īmediate/ ſed p demones. ſicut qn̄ malefica intingit ſcopā in aquā vt fiat grando. talis intinctio non cauſat grandinē/ ſed diabolus: ex pacto ſi deus pmiſerit. Simil'r qn̄ malefica acum incuruat dicēs. q̄diu acus ſic ſtat: tādiu talis nō poſſit coire cū vxore. Similr qn̄ malefic9 imaginē cereā pūgit: tūc diabol9 maleficiatū pungit. Nec licet talia maleficia p aliqđ maleficiū tollere. vt vult idez Tho. in. iiij. di. xxxiiij. q. ij. q̄a ſz Apoſtolū: nō ſunt faciēda mala vt eueniāt bona. Remediū ꝯtra impedimētū per demonē ſcribit Scot9. Si per oratiōes ſanctoꝝ impediat̄ virt9 demonis: bn̄ fit. Si autē deus illos nō exaudiat: tūc ſi ſciret̄/ maleficiū deſtrueret̄. demon nō fatigaret eū amplius: quia ex pacto nō adeſt niſi duz durat aliqđ ſignū. Ex hoc patz (vt idez ait) ꝙ truſatica eſt illa q̄ſtio: an liceat tollere maleficiū intētiōe curādi maleficiatū. nō ei ſolū licz/ ſz eſt meritoriū deſtruere opa diaboli. Nec in h̄ eſt aliq̄ infidelitas. quia deſtruens nō acq̄eſcit operib9 malignis/ ſed credit demonē poſſe ⁊ velle fatigare dū tale ſignū durat: ⁊ deſtructio talis ſigni imponet finē tali vexationi: vt dicit Scot9. Nō tamē licz miniſterio demonū per alias incantatiōes curare priores. Sed curādę ſunt (vt ⁊ Gab. inquit diſt. viij. q. ij. art. iiij. dub. ij. lib. ij.) ſanctoꝝ orationib9 fuſis ad dn̄m elemoſynis ⁊ pijs operib9. Uel ſi deo amouere nō placz/ patiēter veniūt tolerandę. De maleficijs al's dicat̄. Et de his notāda ſcptis reliquit doctor eruditiſſim9 Martin9 plauſch egregius verbi diuini ſeminator ⁊ concionator ⁊ paſtor eccl'ię Tubingę: quē ⁊ de ſagis doctiſſime p̄dicātē audiui.

**Malicia** eſt mētis atq3 animi deprauatio: a tramite veritat' deuia. ſz Ambro in Exameron. Et ſm Cice. li. iij. de natura deoꝝ. Malicia eſt verſuta ⁊ fallax ratio nocēdi. Et differt a vitioſitate: ꝙ malicia certi cuiuſdā vitij nomē eſt. vitioſitas omniū. Et malicia eſt triplex: quę q̄druplici bonitati (de quā. ſ. dictū eſt in lr̄a B.) opponit̄. vt ſcribit Gabri. diſt. vij. q. vnica. ar. j. li. ij. Poſitiua vl' priuatiua quo ad tres ſeq̄ntes bonitates. Sz priuatiua tm̄ prime bonitati. q2 nihil eſt malū naturalit̄. Sz dūtaxat nō ens nō eſt bonū natural'r. Secūdę opponit̄ malicia ex gn̄e: quia ſcz trāſit ſup obiectū diſcōueniēs: vt velle comedere venenū vl' archillā: odire deū. Tertię opponit̄ malicia ex circūſtantia: q2 habz circūſtantiā actū inordinātē: puta cōtra dictamē ratiōis rectę. licz trāſeat ſup obiectū ꝯuētēs ſz dictamē rōis rectę. aut caret aliq̄ circūſtātia debita ineſſe actui vt ſit bonus virtuoſe: vt velle comedere cibū naturę ꝯuenientē cōtra p̄ceptum eccl'ię: in tēpore ſcz ꝓhibito: vt carnes in ſexta feria. Quarta malicia eſt in demerito: dū actus nō elicit̄ ſm inclinationē charitatis. Uel q2 nō ineſt. vl' ſi ineſt: nō tamē ſz eius inclinationē elicit̄. lōgior eſt Gab. vbi ſ̄. Et vt idē ſcribit di. xxxvij. q. vnica. ar. iij. dub. iij. li. ij. Quędā ſunt poſitiua: quib9 eſſentialiter eſt annexa malicia: vt latrociniū/ furtū/ adulteriū. de quib9 dicit Phus. ij. Ethicoꝝ. ꝙ mox noīata cōuoluta ſunt malicia: cōnotant em̄ deformitatē illa noīa. Uide lati9 ibi dn̄z ꝑpoſitū Gabri. Excecat autē malicia intellectū dupl'r. vt ſcribit poſt Scotū idem Gab. di. xxxvj. q. vnica. art. iij. dub. iij. li. iij. Uno mō priuatiue. Alio mō poſitiue. poſitiue: q2 auertit a cōſideratiōe recta. volūtas em̄ eligens oppoſitū alicui9 dictati a recta rōne: nō pmittit intellectū diu ſtare in illo dictamine: ſed auertit ipm ad cōſiderandū rōnē pro oppoſito ſi qua poſſent eſſe ratiōes ſophiſticę aut ꝓbabiles ad illud. aut ſaltē auertit intellectuz a ſuo vero dictamine: ad cōſiderandū aliqđ īpertinens: ne ſtet illa actualis diſplicētia: ac remorſus qui habetur eligēdo oppoſitū dictati. poſitiue aūt excecat. Naz ſicut volūtas recte eligēs finē/ p̄cipit intellectū cōſiderare illa q̄ ſunt neceſſaria ad illuz finē. ⁊ intellect9 ſic inquirēdo/ media ordinata ad illū finē rectuz generat in ſe habitū prudētię. Ita voluntas eligēs ſeu p̄ſtituens ſibi malū finē (poteſt em̄ ſibi p̄ſtituere maluz finē vt inordinatā delectatiōez) impat intellectui ꝯſiderare media neceſſaria ad cōſequendū illū finē. Et ſicut habit9 generat9 ex impio volūtatis bene eligētis in intellectu dictāte circa mediū ad illū finē bn̄ electū aſſequēdū: eſt prudētia: ita voluntate mala eligēte/ habit9 acquiſit9 ex intellect9 dictamine circa ea quę ordinant̄ ad illud male electū: eſt error ⁊ habit9 directe oppoſit9 habitui prudētię. ⁊ poteſt vocari imprudētia vl' ſtulticia: nō tm̄ priuatiue/ ſed poſitiue et contrarię. quia ſicut prudēs habz habitū quo recte ⁊ prompte dictat media ordinata ad finē debitū. ita ille habet habitū quo prōpte inueniat media ordinata ad finē a volūtate mala p̄ſtitutū. Et quia talis habitus generat̄ ex imperio volūtatis male eligētis: pro tanto verū eſt ꝙ volūtas mala excęcat intellectū: nō ꝙ faciēdo errare circa aliqua cōplexa/ ſed faciēdo intellectuz habere actum ꝯſiderandi obiecta media ad maluz finē. Et habitus ille error eſt in agibilib9: licet nō ſit error deceptiuus q̄ꝫtum ad ſpeculationē. Hęc Scotus. hoc eſt (vt inquit Gab.) error ille nō eſt error in cognitiōe veri. q̄a illa media inuēta ad finē vitioſum p̄ſtitutū ad eum cōſequenduz: vera ſunt media. Eſt aūt error in morib9: quia cū finis p̄ſtitut9 malus ſit/ ⁊ malicia dicit̄ error in morib9: oīa q̄ ad hūc finē ordinant̄ mala ſūt: ⁊ ſic erronea in morib9. Peccare autē ex ꝓpria malicia ꝓprie (vt ſcribit Gerſon parte. ij. de peccato in ſpm̄ ſctm̄) eſt quādo volūtas ſcit ⁊ poteſt alicui malo reſiſtere: ⁊ tn̄ ex ſola malicia illđ eligit: ⁊ hoc eſt peccatū in ſpūm ſanctū: quod grauius eſt alijs. quū grauius ſit peccare ex malicia/ q̄ꝫ ex infirmitate vel ignorātia. Et multa mala ꝓueniunt ex malicia: quę enumerat Gerſon parte. iij. in Centilogio de impulſib9. decade. viij. Et ſicut malignus impulſus ex pura ⁊ excogitata malicia ꝓuocat ad peccandū: ita honeſtas ſola trahit bonos ad laudabiliter operandū ⁊c̄.

**Malignus** dicit̄ quaſi malus ignis. i. prauā habēs intentionē: ſm ſan. Tho. ſup Ps̄. xxxvj. Eſt em̄ malign9: aſper/ difficil'/ inuidus/ auarus. Hinc malignā viā dicimus. quę anguſta ⁊ ardua ē. Uirgilius. Adit9q3 maligni. Et malignus dicit̄ quaſi male ignitus: inquit Gerſon de impulſibus. decade. vj.

**Maliuolentia** eſt voluptas ex malo alteri9: ſine ſuo emolimēto. ſm Cice. in tuſcu. queſtionibus.

**Malus** q̄ ꝯtrat̄ vl' opponit̄ bono: ⁊ ē gn̄ale nomē turpia ſil' ⁊ detrimētoſa ꝯplectens. Un̄ dicim9 malū culpę/ pęnę: malū militē: malū grāmaticū/ logicū ⁊c̄. Et quilibet malus vt ſcribit Brulefer diſtin. xxj. arti. ij. q. ij. lib. j. bonū propriū quęrit ⁊ nō cōmune. Un̄ quātumcunq3 mali videant̄ concordare: nunq̄ꝫ tamē ſunt concordes ſimpliciter. Un̄ meretrix quęrit vel intēdit principalit̄ pecuniā/ aut ꝓpriaz delectationē. fornicator ꝟo aliquid aliud ⁊c̄. Et mali oīa trahūt ad ſuū interitū. vt inquit mgr̄ Joānes Gerſon cācellari9 tract. vj. ſuper Cāticovirginis. Et





malū ſm Joānē damaſce. li. ij. c. iiij. ⁊ ſctūs Tho. ij. ſent. di. xxxiiij. q. j. nihil aliud eſt q̄ꝫ boni ꝓuatio. ſicut tenebrę ſunt ꝓuatio luminis. vel nihil aliud eſt q̄ꝫ bonū imꝑfectū. ⁊ maluz eſt corruptio boni. vt inq̄t ſan. Bonauē. diſt. xxxj. lib. iiij. circa textū.

¶ **Malum** eſt triplex. ſ. naturę/ pęnę ⁊ culpę. vt notat Brulef. di. iij. q. vij. li. ij. Uel q̄druplex eſt maluz vt ſcribit Gerſon parte. ij. de ſeptē petitiōib9 orōnis dn̄icę. Unū originale/ aliđ actuale. qđ eſt duplex. naz aliud eſt mortl'e/ aliđ veniale. Quartū: eſt pęna pctm̄ ꝯſequēs. Primū aūt malū eſt innatū: duo ſeq̄ntia ſt̄ malū additū. Quartū eſt malū inflictū: ⁊ ab oīb9 his petim9 liberari: dū in pſona eccl'ę orātes ⁊ loq̄ntes dicim9/ Sz libera nos a malo ⁊c̄. Et malū (vt inq̄t Richar. di. xxxvij. li. ij. ⁊ di. xl. li. iiij.) p̄ncipali9 dr̄ de culpa/ q̄ꝫ de pęna. ergo illa pęna ē peior q̄ eſt ꝓpinquior petō ⁊c̄.

¶ **Malum nature** vt ait Brulefer di. iij. q. vij. li. ij. eſt deformitas vl' mōſtruoſitas exn̄s in aliq̄ ente naturali: ꝓueniēs ex ſupfluitate vl' diminutione naturę. ſicut cęcitas/ vl' claudicatio/ vl' alia indiſpoſitio.

¶ **Malū pene** eſt pęna. Malū culpę eſt pctm̄. Et maluz culpę dr̄ qđ cōmittit̄ male agēdo: q̄le eſt homicidiū/ furtū ⁊ hmōi. Malū pęnę qđ de9 ob mala cōmiſſa imittit: vt eſt illđ ꝓpheticuz. Ego dn̄s creās malū. Et illud ꝓphetę Amos. iij. Si erit malū in ciuitate: qđ dn̄s nō fecerit. Et maxia mala ſūt mala culpę. vt ſcribit Gab. lect. lxxij. canōis. q̄a ſeparāt nos a ſūmo bono. ſz illđ Eſa. lix. Pctā veſtra diuiſerūt int̄ vos ⁊ deū veſtrū: ⁊ pctā vr̄a abſconderūt faciē ei9 a vobis. Mala media ſūt pctōꝝ occaſiones q̄ inducūt ac p̄cipitāt in mala culpę. q̄les ſūt tētatiōes demonis/ mūdi/ vl' carnis. Tertia ſunt mala pęnę corꝑis ⁊ anīę afflictiua. vt dolor ⁊ triſticia: ⁊ cętera afflictiua. De quib9 lect. lxvj. canōis. idez ſcribit ⁊c̄.

¶ **Mors** vt eſt p̄uatio vitę habet cōparationē ad inferentē ꝛ ad eū q̄ ſuſtinet. Un̄ aliq̄s duplicitᷣ pōt tradere aliū in mortē: vt ſcribit ſcūs Bona.di.xx.circa textū.li.iij.ſentē.aut qꝛ facit vt alij inferāt ei mortē: aut qꝛ fac̄ vt ipe ſuſtineat mortē:ꝛ qm̄ ſuſtinētia mortis chꝛ̄i fuit a deo patre/ꝛ fuit a chꝛ̄o:qꝛ de⁹ pr̄ voluit ꝙ ipe ſuſtineret mortem/ꝛ ipe voluntarie ſuſtinuit. Hinc eſt ꝙ tradit⁹ dꝛ a pr̄e:tradit⁹ etiā a ſe. Rurſus qꝛ Judas ꝛ iudei ꝓcurarūt vt alij inferrent ei mortē: Hic eſt ꝙ tradit⁹ dꝛ a Juda ꝛ a iudeis/ꝛ qm̄ fuit laudabilᷣ morꝭ ſufferētia.illatio aūt fuit vituperabilis. Hinc eſt ꝙ traditio dei ꝛ chꝛ̄i laudatᷣ. Jude ꝛ iudeorū vituꝑatᷣ.ꝛ ſic patet ꝙ mors a parte ſufferentis fuit deo placita ꝛ accepta:ſed a pte infligētiū fuit tn̄ ꝑmiſſa. An aūt cōcedendū ſit ꝙ iudei oꝑati ſint bonū: reſpōdet ibidē ſ. Bona.ꝙ eſt op⁹ operās/ꝛ op⁹ oꝑatū ꝛ bonū pōt dicere bonitatē circa opus operās/vel circa op⁹ oꝑatū. Si circa opus operās ē ſimplicitᷣ negandū:qꝛ tale opus ī iudeis ſimplicitᷣ fuit malū. Circa ꝟo op⁹ oꝑatū/ qd̄ quidē fuit mors ꝛ paſſio chꝛ̄i: h̄ duplicitᷣ poteſt intelligi. Aut p̄mo ꝛ ꝑ ſe: ꝛ ſic eſt falſum ꝙ iudei ſunt oꝑati bonū. Illud em̄ opus oꝑatū bonitatē non habuit ex intētione iudeoꝝ. Si aūt intelligitᷣ ꝑ accidēs ꝛ ex cōſequēti: ſic habet veritatem. Judei em̄ operati ſunt paſſionē chꝛiſti/quęq̄dem fuit maximū bonum ꝛ ſaluberrimū toti mundo. Hec ſanctus Bonauen̄.

¶ **Mors.** Mortem ſubire intētione placendi deo/ poteſt eſſe tripliciter:vt ſcribit ſcūs Bonauen̄. diſt. xxx.q.ij.li.iij. Uno modo quādo adeſt neceſſitas vel deſerendi iuſticiā vel amittendi vitā. Alio mō q̄ndo ſe offert oportunitas diuinā gloriā manifeſtandi ꝛ ędificandi eccl'iam. Tertio modo ſolū ex hoc ꝙ vitā ſuam habet exoſam. Primū eſt iuſticie ꝛ neceſſitatis Secundū eſt ꝑfectionis ꝛ ſuꝑerogationis. Tertium eſt ſeueritatis ꝛ crudelitatis. Unde Augu. Illos qui ſemetipſos p̄focant ꝛ p̄cipitio collidūt ꝓpter vite preſentis odiū dicit eſſe ſceleratiſſimos homicidas:tractans illud Joan.xij. Qui odit aīam ſuā in hoc mūdo in vitā eternā cuſtodit eā. Pro loco aūt ꝛ tēpore vt vult Bonauē. vbi talis optio detᷣ: vlᷣ ꝙ iuſticia deſeratᷣ vel ꝙ vita perdatᷣ. ibi oēs q̄ncūqꝫ ſint ipſecti tenentᷣ mortem ſubire:ꝛ p̄eligere magis deo dilecto mori q̄ꝫ ipo offenſo viuere. Ubi ꝟo talis neceſſitas nō īminet/nec datᷣ optio:tamē offert ſe oportunitas manifeſtandi diuinā gloriā/ꝛ ędificandi eccl'iam ſi homo ſe morti exponat mortē ſubire eſt ꝑfectiōis ꝛ ſuꝑerogatiōis/ad quā nō oēs tenentᷣ ꝓ chꝛ̄o. potes ad h̄ videre Gabꝛielē nō inepte ſcribētē ſmōe de ſancto Bartholomeo. vbi de martyrio ſcribit. Etſi (vt inquit Gerſon pte.ij.tracta.de nō eſu carniū) ꝓ tꝑalibꝫ q̄buſdā adipiſcēdis ꝯſuādis:nō dico īfirmitati/ſꝫ vitę ꝑiculo:ꝛ morti licentᷣ nos exponim⁹.multo magis ꝓ bonis ſpūalibꝫ adq̄rēdis/ꝯſeruādis aut recuperādis ſeu reſtaurādis/vel ꝓ malis depellēdis nō eſt q̄modolibet illicitū vel irrōnabile ſimilia ꝑpeti ꝛc̄. De morte quoqꝫ ꝛ arte moriēdi multa ſcripſit Gerſon in ſuis operibꝫ ꝛc̄.

**Mortale** accipitᷣ triplr̄. Uno mō dꝛ naturalem aptitudinē ad moriendū. Alio modo poſſibilitatē ad moriēdum. Tertio mō neceſſitatē: vt ſcribit ſcūs Bonauē. diſt.xliij.ar.j.q.iiij.li.iiij. Oppoſitū eſt īmortale. d̄ q̄ videatᷣ in lr̄a J. Dicitᷣ ꝛ mortale qd̄ mortificat ꝛ occidit:ſicut mortalis morbus vel mortifer. vn̄ ꝛ mortale pctm̄ qd̄ aīam occidit: ꝛ ſeꝑat aīam a deo. de q̄ infra in lr̄a P.

**Motus** eſt act⁹ entis ī potētia ſm̄ Ariſt. Et motus etiā motio dꝛ. hinc terremot⁹: cui⁹ cauſa ſunt venti ī cauernis terrę incluſi. Et mot⁹ ſm̄ Occā eſt realr̄ ipm̄ mobile adq̄rēs ſucceſſiuę partem formę vel loci. ꝛ tūc idē erit motus ꝛ motū. Uel dꝛ qd̄ ſupponit ꝓ mobili ꝛ termino ſucceſſiuo adq̄ſito:ꝛ ita nō eſt q̄d vnū/ſed ſimlᷣ ſubiectū mobile ꝛ termin⁹/q̄ ſucceſſiue ſubiecto adquiritᷣ. Per ſubiectū intelligo mobile: vt inq̄t Gabꝛiel diſ.ij.q.ij.ar.j.li.ij. Uide Occā de motu in.ij.q.ix.q̄ plura de h̄ ſcribit. Et apd̄ phyſicos q̄ n̄ parū multa de motu cōmentantᷣ: q̄ relinquo ſtudioſis ꝑſcrutādā.

¶ **Motus localis** (vt ſcribit Occā.j.q̄dlib.q.v.ꝛ poſt eū Gabꝛiel.q.iij.diſ.ij.li.ij.)eſt coexiſtētia alicui⁹ ſucceſſiua ꝛ ꝯtinua diuerſ̄ locis ſine q̄ete media. Dꝛ ſucceſſiua/qꝛ ſi ſimlᷣ coaſſiſterꝫ diuerſ̄ locis/ſicut aīa diuerſ̄ corpis membꝛis/nō moueretᷣ. ꝓpt̄ qd̄ de⁹ q̄ oibus locis pn̄s ē ſꝑ/nō mouetᷣ localr̄. Dicitᷣ diuerſ̄ locis:qꝛ manēs ī eodē loco p̄ciſe nō mouetᷣ. Dꝛ:ꝯtinua ſine q̄ete media:qꝛ ſi intercipitᷣ ꝑ q̄etē/nō ē iā motus vn⁹:ſꝫ pn̄t eſſe plr̄es. Similr̄ ſi de⁹ corp⁹ vnū exiſtēs ī vno loco corrūperet /ꝛ poſtea reproduceret ī alio loco/nō eēt mot⁹ localr̄:licꝫ corp⁹ illd̄ ſucceſſiue coexiſteret diuerſ̄ locis:qꝛ nō ē ſucceſſio ꝯtinua. vn̄ ꝛ angel⁹ mouetᷣ localr̄:qꝛ pt ſucceſſiue coaſſiſterē diuerſ̄ locꝭ ſine q̄ete media. Hinc dꝛ ad Heb.j. Nōne oēs ſūt adminiſtratorij ſpūs miſſi ꝓpt̄ eos q̄ h̄editatē capiūt ſalutꝭ. Cū āt mittuntᷣ de cęlo ad nos ſūt ī diuerſis locis ꝯtinue ꝛ ſucceſſiue:nec ſūt vbiqꝫ nec ſimlᷣ ꝓ eodē inſtāti in cęlo ꝛ ī terra. Et dū ad terrā a deo mittuntᷣ/nō manēt in celo:ꝛ dū ſunt ī cęlo empyreo/nō ſūt ī terra: vt vult Damaſc.li.ij.c.iij. Et iō cū mittūtᷣ de cęlo ad terrā ſucceſſiue aſſiſtūt diuerſ̄ locis. Cōfirmatᷣ:qꝛ anīa beā eq̄bitᷣ angelo iuxta ꝓmiſſiōes chꝛ̄i Matth.xxij. Erūt ſicut angeli dei. Anīa ꝟo beā imo beātiſſima q̄ eſt chꝛ̄i/localr̄ mouebatᷣ:qꝛ deſcēdit ad īferos:ſicut dꝛ articul⁹ fidei. Itē angel⁹ nō ſolū ad motū corpis cui aſſiſtit/ſed ꝑ ſe īmediate abſqꝫ corpis cuiuſcūqꝫ mutatiōe pōt localr̄ moueri:qꝛ nō ſemꝑ cū mittuntᷣ aſſumūt corpa: nō em̄ mittuntᷣ ad oꝑatiōes corpales exercēdas/quō miſſus fuit Raphael Tobie:ſed freq̄ntᷣ ad intellect⁹ illuīatiōem/aut effect⁹ inclinatiōem. ſicᷣ angel⁹ miſſus ad Joſephī ſomnis Mat.j. Hec aūt nō fiūt ī corpe/ſed ī mēte. Gabꝛiel.q̄ rē latius ꝓbat arti.ij.vbi ſupꝛa.

¶ **Moueri localiter** aliq̄d pōt eſſe vel imaginari triplr̄(vt ſcribit dn̄s Cardi.came.q.v.ar.ij. li.iiij.ſenten.) Primo mō ꝓpꝛie:qꝛ trāſit de loco ad locū:dimittēdo locū in q̄ p̄fuit:ꝛ adq̄rēdo nouū/ꝛ trāſeūdo ꝑ locū mediū/ſi ſit loc⁹ medi⁹ intᷣ p̄mū ꝛ ſcd̄m. ſic corpus chꝛ̄i nō mouetᷣ localr̄/qn̄ incipit eē ſub ſacr̄o. Scd̄o mō min⁹ ꝓpꝛie aliq̄d pt̄ dici moueri localr̄:qꝛ dimittit locū in q̄ p̄fuit ꝛ habꝫ nouū locū: nec tn̄ trāſit per mediū locū/q̄uis ſit loc⁹ medi⁹ intᷣ p̄mū ꝛ ſcd̄m. Et ſic corp⁹ chꝛ̄i nō mouetᷣ localr̄ qn̄ incipit eē in ſacr̄o: qꝛ nō dimittit p̄mū locū:ſi tn̄ dimitteret illū q̄uis nō trāſiret ꝑ mediū diceretᷣ moueri localr̄ iſto mō. Tertio mō ꝛ adhuc min⁹ ꝓpꝛie aliq̄d pt̄ dici moueri localr̄ qꝛ p̄fuit ī loco:ꝛ adq̄rit vel hꝫ nouū locū/q̄uis nō dimittat p̄mū/nec trāſeat ꝑ mediū. Et ſic corp⁹ chꝛiſti mouetᷣ localr̄ qn̄ īcipit eē in ſacr̄o. qꝛ iſto mō moueri localr̄ nihil aliō īportat niſi eſſe hic/ꝛ īmediate fuiſſe alibi:ꝛ nō fuiſſe hic. Nec ē ꝯcedēdū ꝙ corp⁹ chꝛ̄i mouetᷣ de celo ad ſacr̄m:qꝛ moueri de aliq̄ loco ē dimittere illū. iō corp⁹ chꝛ̄i mouetᷣ mutatōe q̄ eſt ab eſſe in cęlo/ad eſſe in ſacr̄o. quia ſimul eſt in cęlo ꝛ in ſacr̄o. Hec Alicēſis vbi ſ̄.

¶ **Mouere organice** ꝛ non organice: vide infra in dictiōe Potētia organica.

¶ **Motiua vis** ſenſitiua ē duplex. ſ. nālis ꝛ anīalᷣ. Uis motiua nālis ē q̄ nō mouet ꝑ appꝛ̄hēſionē/nec ē ſubiecta īperio rōnis:ꝛ talᷣ ē ꝟtus vitalᷣ ꝛ pulſatiua q̄ mouet arterias ꝛ cor ſm̄ dilatatiōem ꝛ ꝯſtrictiōem Et hmōi ꝟtus ē in corde ſicut ī ꝓpꝛio organo. vn̄ ſolū habꝫ eē ī aīalibꝫ ꝑfectis pulmonē ꝛ cor hn̄tibꝫ. Et hęc vis ꝑ ſpirationē ꝛ reſpiratiōeꝫ ē p̄ncipiū ꝯtēperādi calorē cordis ꝛ corpis. Uis motiua anīalᷣ eſt q̄ mouet ꝑ appꝛ̄hēſiōꝫ. ꝛ ē triplex:qꝛ q̄dā mouet ꝑ modū dirigētꝭ: q̄dā ꝑ modū īperātis: ꝛ q̄dā ꝑ modū exeq̄ntꝭ. ex btō Tho. opuſculo de potētijs aīę

¶ **Motus** habꝫ plr̄es ſpēs. Eſt em̄ mot⁹ circularis/ mot⁹ obliqu⁹:ꝛ mot⁹ rect⁹/mot⁹ ꝓgreſſiu⁹ ꝛc̄. De q̄bus ꝛ multa de motu apd̄ phyſicos perq̄re

¶ **Motus anime** nihil aliō ē(vt ſcribit Gerſon ꝑte.ij.ī cōpēdio theologię de p̄mis motibꝫ/an ſint peccata)q̄ꝫ anīę iclinatio ī aliq̄d. Et iō illᷣ anīę viribꝫ ſeu potētijs q̄bꝫ iclinatio nō ꝯuenit nō atribuitᷣ ꝓpꝛie motus. Inclinatio āt eſt ī appetitu q̄ mouet ī aliq̄d agendū vel habēdū. ꝛ iō a ct⁹ appetitiuaꝝ ꝟtutū aīę mot⁹ ꝓpꝛie vocantᷣ nō act⁹ ꝟtutū appꝛ̄hēſiuaꝝ

¶ **Motus eſt triplex.** ſ. nālis/ſenſitiu⁹/rōnalᷣ: vt ſcribit Gerſon vbi ſ̄. Mot⁹ ſeu appetit⁹ nālis ē quē nō imaginatio gignit ſeu cauſa:ſꝫ ipa q̄litatū nāliuꝫ diſpoſitio:q̄bꝫ nāles anīę vires ſuas actiōes exercent Hic mot⁹ ī nullo rōni ſubiacet nec obedit:ſꝫ nec voluntas ſuꝑ eo q̄dcūqꝫ habꝫ dn̄ium/cū nālis ſit:ꝛ ſic ex gen⁹ moris ſeu morale:ꝛ iō nec ī eo pctm̄ eē pt. Et occurrit iſte mot⁹ repēte ſeu ſubito:vt eēt dare exēplū ī repētino motu/ſeu appetitu cibi vlᷣ alteri⁹ delectabilᷣ. Et dꝛ mot⁹ nālis ex eo qꝛ ad nāliū q̄litatū actionē cōſequitᷣ. Et vocatᷣ iſte ab aliq̄bꝫ p̄mo p̄m⁹ mot⁹:ꝛ dꝛ eē ī ſenſualitate ſimplr̄ ꝯſiderata.

¶ **Motus** ſeu appetit⁹ ſenſitiu⁹ ē q̄ ex p̄cedēti imaginatiōe vel p̄cedenti motu naturali cōſequitᷣ. Et vocatᷣ iſte mot⁹ ſcd̄o p̄mus:quia eſt ille mot⁹ q̄ primo poſt motū naturalē īſurgit ſeu occurrit. Et attribuitᷣ

iſte mot⁹ ſenſualitati.ſ. cõſiderate reſpectiue: ꝓut eſt ꝗdammõ ad rõnẽ ordinabil'/⁊ ab ea ꝑſuaſibilis ⁊ eſt hũana ⁊ deſcribit' hoc mõ ſic. Primus mot⁹ ẽ mot⁹ ſenſualitat' ſcḋm impulſum fomitis tendẽs ĩpetuoſe ad fruitionẽ creature ḋlectabilis. hmõi ꝓmo motus ſenſualitatis ꝗdammõ in noſtra poteſtate ſũt/⁊ ꝗdã modo nõ. Si enĩ q̃lib; eoꝝ ſingillatim cõſideret'/ſic in noſtra poteſtate ſunt: q: quẽlibet eoꝝ poſſumus ꝓuidendo declinare ⁊ impedire ne inſurgat. Si autẽ omnes ſimul cõſiderent' non ſunt in poteſtate noſtra: q: licet impedire poſſum⁹ ne iſte vel ille inſurgat nõ eſt tñ in poteſtate noſtra facere quin aliq̃s inſurgat: imo dum vni obuiare nitimur ex altera parte poteſt alius mot⁹ ſurrepe/nõ enĩ poteſt eſſe ſimul' intẽtio voluntatis retinẽtis ꝯtra diuerſa in actu: vt dari poteſt exẽplũ de nauta/q̃ ſingula foramĩa ſuę nauis obſtruere poteſt ne ꝑ illa aqua intret: ſed nõ põt oĩa ſimul obſtruere vt aqua nuſq̃ȝ intret. Et ratio eſt: q: hmõi ꝓmi motus ſenſualitat': ſicut ſũt pctã ita ſũt pęna peccati.ſ. originalis: ⁊ ideo merito dicunt' venialia: q: hoc ipõ venia digna ſunt. Uide latius Gerſonẽ ibi de ꝓmis motibꝫ. de q̃bꝫ ⁊ videre potes Alexãḋ. de ales parte ſcḋa.q.cxxv. mẽb.j. Et Gabri.lec. lxxviij. canonis/q̃ ⁊ diffinitionẽ ꝓmi mot⁹ ſupra poſitã abũde declarat. ⁊ ꝓmi motus oriunt' ex lege carnis/q̃ ĩmediate eſt cõiũcta ſenſualitati/⁊ in diffinitione fruitio capit' ꝓ delectatiõe. Et oĩs ꝓmus mot⁹ vitiũ eſt: ſicut ⁊ q̃libet actus ſurrepticius: q: oĩs motus a lege fomit' ortus: ⁊ oĩs actus ſurreptici⁹ eſt ꝯtra ordinẽ ꝓmeuę inſtitutionis humanę naturę. igit' eſt vicioſus. Sed neq; ꝓmus mot⁹ neq; ali⁹ actus in ſenſualitate ẽ peccatũ eſſentialit' ⁊ intrinſece: q: illo mõ peccatũ eſt in ſola voluntate: cui⁹ eſt libe.ar. Itẽ aliq̃s mot⁹ ꝓmus neq; mortalit' neq; venialit' eſt culpand⁹. patet ḋ corruptis violent'. de quibꝫ videas apud Aug.x. de ciui. dei ca.xxv. Uñ quãuis (inq̃t Gab.) violẽter corrupta delectatiões ſentiat nequaq̃ȝ tñ peccat ſi nõ mente cõſentiat. Nullus ergo carnis motus peccatũ inducit ſi oĩno volũtas nõ cõſentit. Hinc btã Lucia ad Paſcaſiũ tyrannũ inq̃t. Nõ inquinat' corpus niſi de cõſenſu mẽtis. Nã ſi me inuitã violari feceris/caſtitas mihi duplicabit' ad coronaȝ. Uide alia apud Gabri. vbi ſ̃.q̃ ⁊ rõne id ꝓbat. ſcȝ aliq̃s ꝓmos motus nõ eſſe peccata: ⁊ poſt hoc ait. Nõ ſolũ ꝓmus mot⁹ in ſenſu ſed naturalis cõdelectatio vel cõtriſtatio in appetitu intellectiuo (ſi ponit') nõ eſt pctm̃: q: ſicut nec motus ſenſus: ita nec cõdelectatio vl' cõtriſtatio naturalis ẽ in poteſtate volũtatis. Primoꝝ aũt motuũ illi tãtũ imputant' ad veniale peccatũ qui ſunt volũtarij per liberi arbitrij verũ vel interꝓtatiuũ cõſenſum: q: ſimplicit' inuolũtariũ nõ eſt peccatũ ſcḋm beatũ Augu. ⁊ ſcm̃ Bonauẽ. di. xlj.q.v. lib.ij. Si tollat' liberũ arbi. nullo mõ erit peccatũ. Tollit' aũt reſpectu illius motus q̃ nec ſimplicit' nec interꝓtatiue ẽ volũtari⁹. Uñ carnalis tentatio fieri poteſt ſine actuali pctõ: q: illa fit ꝑ primos motus. Hi aũt fieri poſſunt nõ cõcurrẽte libero arbitrio vere vel interꝓtatiue: vt dictũ eſt. Uidere potes latius Gabri. lecti. lxxviij. canonis de ꝓmis motibꝫ. Et ſermone ſecũdo dñicę. xxj. vbi ait ꝙ ante actũ elicitũ peccatũ eſſe nõ poteſt. Si ergo reluctat' nolens delectabile/⁊ delectationẽ coronat' pro reſiſtendi merito/ſi acceptat actu elicito cõſentiẽdo: cõſummatũ ẽ peccatũ veniale vl' mortale. Poteſt tamẽ etiaȝ venialit' peccare/ſi tardius repellit ſi imꝑfecte ante plenã deliberationẽ cõſentit: ⁊ ſic patȝ quando ꝓmi motus ſũt pctã vel nõ. De quo latius alia's. breuia nobis ⁊ pauca ſufficiant.

¶ **Motus rationalis** qui eſt ipſius rationis/cuius eſt actus humanos regulare/⁊ in finẽ vltimũ dirigere/queq̃dẽȝ ratio eſt potentia ſuperior in qua fit cõſummatio: ⁊ hinc eſt qḋ in ratione cõſiſtit peccatũ mortale. in ſenſualitate vero q̃ eſt potentia inferior nõ cõſiſtit niſi veniale. de q̃ conſulas lati⁹ Gerſonẽȝ pte.ij. in cõpen. theo. de ꝓmis motibꝫ.

**Mulier** eſt illa quę amplius virgo nõ eſt. Quare Cicero obiurgantibꝫ eũ nõnullis: qḋ ſexagenarius Popiliã ꝟginẽ duxiſſet reſpõdit. Cras mulier erit. Mulier' appellatione (vt vult Caius iuriſcõſultus) etiã virgo viripotens cõtinet': hoc eſt matura viro: iã plenis nubilis annis. Uñ ⁊ illud de beata virgine Maria dicit' Apoca.xij. Apparuit ſignuȝ magnũ in cęlo mulier amicta ſole ⁊ luna. Et illud Mulier circũdabit virũ. Et illud ſaluatoris. Mulier ecce filius tuus ⁊c̃. Et illud Prouer. vltimo. Mulierẽ fortẽ quis iueniet: ꝓcul de vltimis finibꝫ preciũ eius. Hęc enĩ eſt mulier illa fortis ⁊ ſapiẽs beata virgo Maria q̃ infirmitatẽ ⁊ fatuitatẽ ꝓmæ mulieris ſe ⁊ poſteritatẽ ſuã perdentis repararet: ac prudẽtia oris/⁊ pede virtutis caput ſerpẽtis cõtereret/q̃ ꝓmã mulierẽ decepit ⁊ vicit: vt ſcribit Gabri. ſermõe.ij. de natiuitate beate Marię virginis. Mulier aũt ſcḋm Guil. Scoti imitatorẽ di.xviij. lib.ij. ⁊ alios dicit' q̃ſi mollis aer. ⁊ hoc tripliciť. Primo ꝓpter infirmitatẽ/ꝓpter quã eſt fragilior et mollior ad reſiſtendũ malo q̃ȝ vir: vt in pluribꝫ. Secũdo ꝓpter molliendũ Eccli. xlij. Melior eſt iniquitas viri q̃ȝ mulier benefaciens. Lyra. Melior eſt.i. minus mala eſt.ſ. ad cohabitandum: q: magis emollit cor viri ad peccandũ carnaliter q̃ȝ iniq̃tas viri cohabitãtis alliciat ad cõſentiẽdũ. Nã ſcḋm Gerſonẽ in multis locis dicit mulierũ cũ viris familiaritatẽ ꝑniciosiſſimã eſſe ⁊c̃. Uel aliter ſcḋm Guilelmũ Scoti imitatorẽ: vt et refert frater Pelbartus libro ſcḋo roſarij theologię: quia vir ſignificat fortem in virtutibus: mulier infirmũ. Melior autẽ dicitur iniquitas viri. id eſt hominis fortis caſus in vitiũ: ſcilicet occaſionaliter: quia fortius reſurgit q̃ȝ mulier benefaciens. id eſt q̃ȝ ſi infirmus operet' bonum: quia ex hoc in ſuperbiã erigit'. Tertio modo dicitur mulier propter ſexuȝ cõtra virũ diſtinctũ: ſicut Eua fuit dicta mulier cuȝ eſſet virgo adhuc in paradiſo/⁊ ꝓpter ſexum/⁊ ꝓpter Adę inductionẽ in peccatum molliendo cor illius ad cõſenſum. ergo mollis. Et ob hoc mulier quaſi mollis aer. Unde Origenes diffinit dicẽs. Mulier eſt caput peccati/delicti mater/tranſgreſſio legis antiquę/expulſio paradiſi/et cõſequenter arma diaboli. Mulierũ regulam ponit Gerſon parte ꝓma tractatu de modo viuẽdi omniũ fideliũ cum ait. Regula mulierũ eſt ꝙ non ſe indecẽter ornatas oſtendãt. Aures/collũ/guttur/⁊ caput tegant: humiliter in eccleſia ⁊ vbiq; ſe habeant: nec alias mulieres per ſuꝑbiã ſuã inuitent.

**Multus** a um. a quo multitudo/quod eſt frequentia ⁊ copia. ⁊ multifariam quod multis modis fari poteſt: ⁊ multi quandoq; valet id eſt omnes: vt cum dicitur multi euigilabũt. Multi vt dicit Auguſtinus.xx. de ciuitate dei id eſt omnes. Et talis modus loquendi (vt inquit ſanctus Bonauentura. diſtinctiõe. xliij. arti.j. q.ij. lib.iiij. frequent' inuenit' in ſcriptura.



**Multiloquium** eſt multitudo locutiõis cuȝ ſuꝑfluitate vel ꝓ̃ter vtilitatẽ vel neceſſitatẽ. Et ſic intelligit' Prouer.x. In multiloq̃o nõ deerit pctm̃ ex Alex. de ales tracta. de multiloq̃o. Et multiloquiũ ẽ filia gulę: ſcḋm btm̃ Tho.ij. ij.q.cxviij. ar.vj. Multiloquiũ q̃ȝ multiloquẽtia dici põt. Et multiloq̃a nocẽt ꝯtẽplatiuo ⁊ ſtudioſo ⁊ diuina ꝯtẽplãti: vt vult Gerſon ꝑte ꝓma epl'a ad ſtudẽtes collegij Nauerre: cũ ait. Addã expt⁹ ꝙ nihil fermẽ q̃eti mẽtis ⁊ ꝯtẽplationi pl⁹ inſidioſum: nihil ita ꝓcioſiſſimę rei tꝑis.ſ. ꝯſumptiuũ: nihil poſtremo ꝑfectiõi ſcholaſticoꝝ aliũde ꝓbatoꝝ pl⁹ obuiãs: queadmodũ colloq̃a/nõ ſolũ praua q̃ corrũpũt bonos mores/ſed etiã illa q̃ ſuꝑflue diuq; ꝓtrahunt': aut ſuper rumoribꝫ vulgo volitãtibꝫ: aut ſuꝑ ludicr' ꝑl'ibꝫ ⁊ ineptis fabulatiõibꝫ/aut ſuꝑ ꝯtẽtiõibꝫ hoĩm in aduerſa tẽdẽtiũ: ⁊ ſil'ibꝫ q̃bꝫ a mãe vſq; ad veſperã/imo ꝓfundã pleruq; nocte dies ſenſim atterit': ꝑ q̃ dũ ſe oblectauerit vel ignauię vl' ĩdignatiõi vel faſtidio ſuo mederi putãtes/triſtiores ⁊ inq̃etiores ⁊ mẽte diſſipatiores remanebũt. ꝓſunt tñ nec nego (vt idẽ inq̃t) ꝓbatoruȝ viroꝝ colloq̃a/q̃ aſcẽſum ꝯtẽplatiõis ⁊ ſue arduitates diſcrimina ſuo labore ſuiſq; ꝑiculis experti ſunt. Hęc cãcellari⁹ pariſiẽſis. ⁊ idem vult parte.iij. de mẽdicitate ſpũali ꝑte.ij. ⁊c̃.

**Mundus** capit' dupl'r (vt ſcribit Gabriel diſt.xliiij.q. vnica. ar.j. li.j.) Uno mõ ꝓ tota ꝯgregatiõe oĩm reꝝ creatoꝝ ſiue ſint ſubſtãtię ſiue accidẽtia. Uñ ſcḋm Poſſidoniũ ĩ metheoꝛ. mũdus eſt q̃ ꝯſtat ex cęlo/terra/⁊ terrenis cęleſtibuſq; naturis. Et ſic excludit' de⁹ q̃ nõ eſt q̃d creatũ. Siue ſcḋm Poſſidoniũ mõs ḋr q̃ ꝯſtat ex dijs ⁊ hoĩbꝫ: ijsq; rebꝫ q̃ borum gr̃a ꝯditę ſũt: ab ornatuq; ḋr. quẽ gręci κοσμον vocãt. Alio mõ ꝓ toto ꝗdam cõpoſito vel aggregato ex multis ꝯtẽtis ſub vno corꝑe/⁊ illo ꝯtinẽte. Et h̃ dupliciter. Uel ꝓciſe ꝓ partibꝫ q̃ ſũt ſubę/vel indifferẽter ꝓ omnibꝫ. Uñ mõs ſcḋm Gerſonẽ ꝑte.iiij. in deſcꝑ. termi. ad theologiã vtiliũ) eſt vniuerſitas reꝝ ab arte diuina ꝯditaꝝ: q̃ res ab ei⁹ dominãtiſſimo ⁊ liberrimo regimine ſuis legibꝫ ordinant'. Uel ſic. Mũdus eſt ens vniuerſum ⁊ ꝑfectũ. Uel eſt vniuerſitas ꝑfecta. Iſte mõs ſcḋm veritatẽ quã ponit ſctũs Bonauẽ. diſt.j.q.j. li.ij. in eſſe ꝓduct⁹ eſt. ⁊ nõ ſolũ ſcḋm ſe totũ: ſed ẽt ſcḋm ſua ꝓncipia/q̃ nõ ex alijs/ſȝ de nihilo ſũt ꝓducta. Hęc aũt ꝟitas ⁊ſi cuilibet fideli ſit apta ⁊ lucida. Latuit tñ ꝓudentiã vel prudentiã phicã/q̃ lõgo tempꝫe ambulauit ꝑ ḋuia. Quos redarguit ibi ſanct⁹ Bonauẽ. ⁊ coꝝ errores de ꝓductiõe mõi. ⁊ vbi defecit (inq̃t ipe) phoꝝ peritia ſubuenit nob̃ ſacroſctã ſcriptura q̃ dicit oĩa eſſe creata. Mund⁹ itaq; nõ fuit ꝓduct⁹ ab ęterno: vt ⁊ Brulefer ſcribit diſt.j.q.j.li.ij. q: in ꝓncipio creauit de⁹ cęlũ ⁊ terrã: ⁊ mõs ꝑ ipm̃ factus eſt. Jo.j. In ꝓncipio creauit.i. in initio tꝑis ⁊c̃.

¶ **Mũdus archetypus** (vt inq̃t Gerſon vbi ſ̃ ꝑte.iiij.) eſt deus vt ab ipo vnico ⁊ ſimpliciſſimo ꝓducibilis eſt mũdus exterior ꝓ vtraq; ſui parte ſpũali.ſ. ⁊ corporali. Mũdus idealis idem: ⁊ mũdus exẽplaris idem. Mũdialis ars/⁊ ꝓmordialis idẽ. Et vt ſcribit Brulefer diſt.xliiij.q.j.li.j. Mũdus archetyp⁹ eſt filius dei/vel noticia diuina. Uñ ſctũs Aug. dt ꝙ mõs iſte ſenſibilis factus eſt de nobiliſſimo mũdo. Etiam ſcḋm aliq̃s mõs archetyp⁹ capit' ꝓ mũdo exemplari: ab archos qḋ eſt ꝓnceps/⁊ typ⁹ qḋ eſt mõs q̃ſi ꝓncipal' mũdus. Et iſto mõ mõs nihil aliud eſt niſi eſſe cognitum rerũ creabiliũ ſiue idea: vt ſunt cõplexa neceſſaria/aut determiatõe volũtatis vt ꝯtingẽtia. Et ḋ iſto mũdo exẽplari loquit' Boetius.iij. de ꝯſol'. metro.ix. ad deum. Tu cũcta ſuꝑno ducis ab exemplo pulcrũ pulcerrim⁹ ipe Mũdum gerẽs: ſimiliq; ab imagine formãs. Capit' ⁊ mõs ꝓ hoĩe/q̃ ḋr microcoſm⁹.i. minor mõs ſcḋm phm̃ ⁊ Grego. q: iuxta aliq̃d oĩs creatura hõ ḋr. Iſte mõs (vt inq̃t Gerſon) ꝯtinet in ſe duplicem ſubam: corꝑalem.ſ. ⁊ ſpũalem/dei capacẽ/ad finẽ btitudinis ordinatas. Iſte minor mõs (vt idẽ ait) eſt nexus q̃daȝ duplicis ſubę corporalis ⁊ ſpũalis/ratione cui⁹ nex⁹ ipe capax eſt oĩm tã ſpũalium q̃ȝ corporaliũ: gerẽs coꝝ q̃ndam imaginẽ ⁊ exemplũ. Macrocoſmus ꝟo ſcḋm eundẽ Gerſonẽ eſt maior mõs exẽplatus/⁊ ꝓductus a mũdo archetypo deo ꝯtinẽs ĩ ſe vniuerſam creaturã corporalẽ ⁊ ſpũalem ad ipm̃ deum finaliter ordinatã. Et mõs ſpũalis in mũdo maiori eſt vniuerſitas creaturaꝝ ſpũaliũ. Uel ſpecial'⁹ mõs ſpũalis eſt vniuerſitas intelligentiaꝝ ſeꝑatoꝝ cũ ſuis actibꝫ vel habitibꝫ ſpũalibꝫ ordinata ad deũ. ⁊ inter ſe ⁊ ad inferiores creaturas. Hierarchia cęleſtis idem. ſpeculũ ęternitatis idem. catena ęternitatis ideȝ. catena aurea idẽ. liber ſpũalis idẽ. Mũdus corporalis eſt vniuerſitas ſubaꝝ corporaliũ vel extẽſaꝝ cũ ſuis accidẽtibꝫ ordinata ꝑ genera/ſpẽs/⁊ indiuidua ⁊ ꝑ mot⁹/⁊ fines ſubordinatos ad ſupmũ finẽ deum. Catena argẽtea idem. liber naturę viſibilis ⁊ ſenſibilis idem. carmen ſenſibile mõi idẽ. ſcala Iacob idẽ. vel eſt macroſm⁹. Mũdus ſpũalis in microcoſmo eſt aĩa rõnalis. vel habẽs agere ſuũ ſeꝑatum ab organo corporeo. potẽtia rõnalis idẽ. microcoſm⁹ ſpũalis idẽ. hierarchia ſpũal' ⁊ ſubcęleſtis idẽ. Mõs corꝑalis ĩ mõo minori eſt aĩa: ꝓut ipa habet agere ſuum ꝑ organũ corporeũ. aut ẽ cõpoſitũ ex corꝑe ⁊ aĩa ſic ſe habẽte in agere ſuo corporeo. potentia organica idẽ. Hęc Ger. ꝑte.iiij. vbi ponit diffinitiões terminoꝝ ad theologiã vtiliũ. Capit' ⁊ mõs ꝓ amatoribꝫ ſeculi. Uñ ḋr: Mõs eũ nõ cognouit.i. mũdani hoĩes Joan.j. Itẽ ꝓ mõi delectabilibꝫ ⁊ vicijs. Uñ.j. Joã.ij. ḋr. Nolite diligere mõm.i. mũdi delectabilia ĩordinate: neq; ea q̃ in mũdo ſũt.i. vicia. vel ꝓ ſtatu mũdi q̃ ad culpam. Uñ Joan.x. Mõs in maligno poſit⁹ eſt. Capitur ⁊ ꝓ mũdana ꝯuerſatiõe/quę vana eſt ⁊ immũda: vt habet ſctũs Bonauẽ. diſt.j. arti.ij.q.j.li.ij. Uñ Joan.xviij. dicit ſaluator. Regnũ meũ nõ eſt de h̃ mundo: intelligit' de mũdana cõuerſatione. quia ipe nõ regnat in malis/ſed in bonis: quoꝝ cõuerſatio eſt ĩ cęlis. Similit' diabol⁹ eſt ꝓnceps mũdi/⁊ nõ deus Joan.xij. ⁊ xiiij. intelligit' de mũdane ⁊ ſeculariter conuerſantibꝫ. Ipe nãq; ſuadet diabolus in delectatõibꝫ ſeculi ꝯſolatõem q̃rere (vt ſcribit Gerſon parte.iij. tractatu de diuerſis tẽtatiõibꝫ diaboli) Capit' ⁊ mõs pro multitudine reproboꝝ: vt ḋr Brulefer diſt.j.q.j.li.ij. Uñ Joan.xvij. dicit'. Nõ rogo ꝓ mũdo.i. ꝓ reprobis. Capit' ⁊ mũdus ꝓ ſuperiori ⁊ ꝑfectiore parte mũdi ſenſibilis.ſ. ꝓ illa parte q̃ cõtinue mouet' ⁊ motu regulari.ſ. proſperis. Brulefer diſt.xliiij.q.j.li.j. ⁊ alij doctores. Et Bonauẽ. vbi ſuꝑ. Capitur ⁊ mũdus ꝓ ornatu muliebri quaſi munit⁹: q̃ȝuis alij a mouẽdo dictum velint. quoniã id genus ornatus ſit qḋ ſumũt mulieres/ac deponũt. Et mundũ in neutro genere veteres dixerũt. Hinc fit mũdus a.um. h̃ eſt purus terſus/politus. A quo ĩmund⁹/impur⁹/obſcenus. ⁊ mũdo ⁊ mũdifico verba. hoc eſt depuro/detergo. Et mũditia quę ⁊ mũdicies dicit': hoc eſt lautitia. ⁊ contrarium eius eſt ĩmunditia/vel ĩmũdicies q̃ ⁊ pro luxurie ſpecie accipit'. ⁊ aduerbia mũde ⁊ immũde: q̃ a grãmaticis lati⁹ differunt'.

**Murmurare** capit̄ dupl'r: vt notat Brule. diſtin. xvij. q. ij. li b. iij. ſeñ. Uno mõ ꝓꝑe. ⁊ ſic nihil aliđ ē ꝗ̃ȝ aliqđ bonū factū loq̄ male detrahēdo illi/ q̄ fecit illđ bonū: vt qñ aliq̄s punitur iuſte murmurat cõtra ꝑlatū. Si aūt aliq̄s dicat veritatē vel loq̄t de aliq̄/ q̄ male fecit: nõ eſt murmuratõ Alio mõ capit̄ large: ⁊ ſic nihil aliud eſt: ꝗ̃ȝ ab obiecto diſcõuenienti: ⁊ corruptiuo: vel offenſiuo declinare: ſeu tale q̄ntū in ſe eſt refugere. Sic capit̄ qñ đr ꝙ voluntas carnis ꝑ paſſionē chr̄i i malo ꝓꝑo murmurabat. i. q̄ntū ex ſe erat paſſionē refugiebat. Hec Brule. Ab eo venit murmuratio ⁊ ē oblocutio indebito mõ facta ɔtra deū: vel factū alicuꝰ. Uel murmuratio ē q̄dā q̄rela. cū impacia in his q̄ hõ deberet patient̄ ferre. Uñ Sap. j. đr. Cuſtodite vos a murmuratiõe q̄ nihil ꝓdeſt. ⁊ murmuro vbū facticiū ꝓprie de aqua đr. Murmur em̄ leuis aquę ſtrepitus appellat̄: ponit̄ tñ pro quocunq̄ȝ ſtrepitu: accipit̄ tñ murmuro ꝓ eo qđ eſt ſecrete obloquor/ ⁊ maledico. Unde murmurator ⁊c̄.

**Mutare** prope eſt trāſferre. Uarro. fac vt te aliq̄ cū om̄i familia mutes. Itē variare vñ mutare animi ſententiā dicimꝰ: a quo mutabile: qđ facile mutat̄. Uirgi. Uariū ⁊ mutabile ſemꝑ femina. Item imutabile qđ nullo mõ mouet̄ ac flectit̄ Cõmuto ſil' muto Mutari ꝺm Gab. diſt. viij. q. vij. li. j. ſeñ. accipit̄ tripl'r. Large ē aliq̄d recipere eē poſt nõ eſſe: vl' econuerſo. Stricte eſt recipe aliq̄d qđ pꝰ nõ habuit/ vel nõ habere: qđ ꝑꝰ habuit: ſiue maneat ante ⁊ poſt: ſiue nõ. Stricciſſime eſt aliq̄d manēs ꝺȝ ſuā eſſentiā hñs aliq̄d ſe informās: qđ priꝰ ñ hũit/ vl' ecõuerſo. Deus eſt imutabilis ꝑmo mõ: qꝛ ē neceſſe eſſe. Eſt etiā imutabil' ſcđo ⁊ tertio mõis: qꝛ ē ens ſimpl'r infinitū. iõ nõ põt ꝑfici: ⁊ ex cõſeq̄nti nõ põt aliq̄d in ſe recipere. Itē nihil aliđ a deo eſt immutabile ꝑmo mõ: qꝛ om̄ia alia a deo ꝓducta ſūt. de nõ eē ad eſſe: qđ fide credit̄: ⁊ ſi rõne naturali nõ ꝓbet̄. Aliq̄ tñ creatura ē imutabil' ſcđo ⁊ t̄tio mõis: qꝛ aliq̄ creatura ē q̄ nulliꝰ ē receptiua/ ſȝ tm̄ ꝑt recipi alias eēt ꝓceſſꝰ i infinitū: ſi ñ daret̄ ſtatꝰ i aliq̄/ q̄ ñ reciperet aliaȝ. Hec Gab vbi š. pꝰ dñm cardi. camera. q. vij. ar. iij. ſuaꝝ ſniaꝝ. Deū q̄q̄ȝ eē imutabilē oñdit ꝓpha Malach. c. iij. cū đt. Ego ſū dñs: ⁊ ñ mutor. Idem oñdit Paulꝰ Corte. li. j. di. viij. di. Cūq̄ȝ is cā catholica rerꝝ vniuerſaꝝ ſic itelligi dȝ fieri ñ poſſe: q̄n ſꝑ eiꝰ voluntas expleat̄ ob cāq̄ȝ cām notū ē eā mutari nl'o modo poſſe. q̄ fit vt nec dolor/ nec triſticia i đi nām cadat: cū null' ꝑturbatiõib q̄s greci παθη vocāt. q̄tiat̄ deꝰ exq̄ eoꝝ ſtolidiſſimā leuitas explodet̄/ q̄ megrentes: ⁊ lamētātes đos induxerīt traduxerītq̄ȝ eos ad hũane nāę merentꝫ luctū: q̄ nihil eē ꝑt a dei nā diſiunctius. q̄re ⁊ ꝑnitētia iuidia: ⁊ metu q̄q̄ȝ vacat: vt paulo pꝰ idē oñdit ille eloq̄ntiſſimꝰ theo. Corte. Gaudiū q̄q̄ȝ ⁊ delectatõ q̄tenꝰ pathetice ſint/ a đi nā abſūt: vt idē latiꝰ ꝓbat vbi š. Cū oīs turbida affectio abſit a đo: vide

¶ **Mutatio** q̄ ē i eadē ſpē altatõ i mag̃ (Cor. latiꝰ ⁊ minꝰ: ꝺm Ariſto. lib. v. phyſi. Et mutatū eē ē pars motꝰ diſcreti ⁊ ē minꝰ motꝰ ɔtinui ꝺȝ Tho. j. ꝑ. q. liij. ar. ij. Sūt āt tres mutatões nāles: ꝺȝ Rich. di. xj. ar j. q. v. li. iiij. ſ. ex ñ ſubiecto i ſubiectū. i. ex ente i potētia i ens in actu ſimpl'r: ⁊ hec eſt gñatio. Et ex ente in actu ſimpl'r i ens i potētia: quā đt phs ex ſubiecto i ñ ſubiectū: ⁊ hec eſt corruptõ. Et ex ſubiecto i ſubiectū. i. ex ente i actu i ens in actu: ſub q̄ ɔꝑ̄hēdunt̄ alteratio: loci mutatio diminutio. ⁊ augmētū/ q̄ fit ꝑ ɔuerſionē nutrimēti i corpꝰ. Sic dico (inq̄t Rich.) ꝙ extēdēdo nomē mutatõis: tres ſt̄ ſupnāles mutatões. Una de nullo mõ real'r ente i ens. ⁊ hec ē creatio cui ɔuenit ratio mutatiõis. ⁊ hec inter mutatiões naturales magis aſſimilat̄ generatiõi. Alia ex ente in nullo mõ ens: ⁊ hec đr ɔuerſio ſeu annihilatio q̄ int̄ naturales mutatiões magis aſſimilat̄ corruptiõi. Alia eſt ex ente in actu ꝺm ſe totū in aliud ens actu: ſicut ē cõuerſio ſubę panis in ſubam corꝑis chr̄i: q̄ int̄ naturales mutatiões magis aſſimilant̄ mutatõi/ q̄ nutrimētum mutat̄ in corpꝰ: qđ nutrimentū ɔuertit̄ in corpꝰ ꝑexiſtēs in actu/ ⁊ deſinit eſſe qđ erat ante. In multis tamē differūt iſtę mutatiões duę: quia ꝑ trāſitionem nutrimēti in corpus plus eſt de ſubſtantia in corpore ꝗ̃ȝ ante: ſȝ ꝑ trāſitionē ſubſtantie panis in corpꝰ chriſti/ nõ eſt in eo plus de ſubſtātia/ nec plus de quantitate ꝗ̃ȝ ante. Et ſubſtantia panis poſt cõuerſiõem nõ remanet/ nec q̄ntum ad formā nec q̄ntum ad materiam. Et in hac ɔuerſione ſubſtātia panis ex vno ad aliud vadit: quia a ſui natura recedit ꝑ h̄ ꝙ ɔuertit̄ i corpꝰ chr̄i Et illaꝝ mutationū vt idē ait q. vj. vbi š. q̄rum eſt eq̄lis menſura illa ſimpliciter mirabilior eſt in cuius termino a q̄ minꝰ eſt de poſſibilitate ad terminū ad quē. creatiõis aūt ⁊ incarnatiõis ⁊ iſtiꝰ mutatiõis ſunt menſurę eq̄les. q̄libet em̄ facta fuit i inſtanti/ ⁊ in termino a q̄ creatiõis/ q̄ eſt terminꝰ nõ aliq̄d/ nõ eſt aliq̄ poſſibilitas ad aliq̄d. De q̄ latius ɔſulas Rich. q̄ mutationū fuit mirabilior. ſ. incarnatio/ vl' ɔuerſio panis i corpꝰ chr̄i ⁊c̄.

**Mutuū** đr quaſi de meo tuū: vt dū rē meā trado tibi ad tꝑs/ poſt tēporis lapſum repetendam: vt ſcribit Gabriel diſt. xv. q. xj. li. iiij. ſniaꝝ. vñ i mutuo transfert̄ dominiū rei mutuatę de mutuāte i eū q̄ recipit mutuū. ⁊ ꝓprie locū habet in his reb q̄ę vſu cõſumunt̄: vt in pecunia ⁊ victualibus. In his vͦo quib vſus diſtinguit̄ a dominio locum non habet mutuū: ſed accõmodatio vel locatio. Unde Alexan. de ales parte. iij. q. lxvj. membro ꝑmo oſtēdit in quib reb poteſt fieri mutuū dicēs. Nota ꝙ nõ poteſt cõmitti vſura niſi in his reb tm̄ circa quas contingit fieri mutuū. ſ. q̄ę cõſiſtit in numero/ pondere ⁊ menſura. Numero: vt in pecunia numerata. pondere: vt ere/ argento/ auro ⁊c̄. q̄ę ſtatere appendunt̄. menſura. vt frumēto/ vino/ oleo/ panno ⁊c̄. Et mutuatio (vt ſcribit Gerſon parte. ij. ſuorum operuȝ de contractib: parte ꝑma cõſideratiõe quarta) eſt cõtractus per quem fit tranſlatio dominij ad alteruȝ nullo precio mediante. nõ quidem ad ſemꝑ vel pro ſemper: quia iam eſſȝ liberalis donatio. Sunt autē duo cõtractus (vt habetur in Glo. ca. cõqueſtus. de vſuris) q̄ę de ſui natura volunt eſſe gratuiti: vt mutuū ⁊ cõmodatum. In illis em̄ vltra ſortem nihil expectatur. Nam ſi fiant pro lucro ſtatim trāſeunt in aliud genus cõtractus. nam ſi mutuū non fuerit gratuitum/ eſt vſura. Sic in cõmodato ſi aliquid pro accõmodatione accipitur/ deſinit eſſe cõmodatum. ⁊ tunc fit vel venditio/ vel permutatio/ vel locatio. Alexan. Et in contractibus emptionis vel venditionis/ commodationis/ locationis/ conductionis/ non cõmittitur vſura proprie dicta: ꝗ̃uis multi tales ſint iuſti: multi etiam in fraudem fiant vſurarum. Patet ⁊ differentia mutuationis ab alijs cõtractib. Nam in mutuo res ipa traditur gratis: vbi nihil ſperandum eſt: iuxta verbum chriſti Luce. vj. Mutuum date nihil inde ſperātes ſupple ꝑncipaliter (inquit Gerſon) vel ex pacto. quoniam pactum de recipiendo eſt pecunia menſurabile/ ⁊ ita mutui cõtractus inficitur.



Debȝ tamē recipiens mutuū ꝑ legem amicicię ⁊ beniuolētie mutuāti q̄ndā beniuolētiā quā põt intēdere ⁊ expectare ille q̄ dat mutuū/ etiā ꝑ exhibitiõeȝ exteriorꝫ boni vl' officij. vt ꝙ i caſu ſil'i reciperet ab illo mutuū vel aliud amicicię bonū. Hec Gerſon. Alij vͦo cõtractꝰ nõ ita gratis fiūt ⁊c̄.

¶ **Mutuo ⁊ mutuor** đr. ⁊ mutuare. i. mutuū dare ⁊ mutuor deponētaliter: qđ ē mutuū recipe (vt ſcribit Gabriel vbi š.) Hinc pš. Mutuabit̄ peccator ⁊ non ſoluet. Mutuabit̄. i. mutuū recipiet. Et ꝓ regula habēdū eſt ꝙ ſi mutuū fit ꝑncipal'r ſpe habēdi vltra ſortem/ nullū periculū põt excuſare: qui ſic vſura talis ɔtractus. Si vͦo mutuū fit liberaliter/ ⁊ poſt ꝓpter ꝑiculū aliq̄d accipit̄/ excuſat̄. Uñ ſiq̄s mutuat ſpe lucri ⁊ ꝑncipalit̄: vſure crimine notabit̄. Hec em̄ ſpes ꝺm docto. vſurariū facit. Similiter q̄ ſperat poſt mutuum: puta mutuat gratis/ abſq̄ȝ intentiõe lucri: tamē lapſo tꝑe vult aliq̄d ſibi dari ꝓpt̄ mutuū/ ſimil'r vſurarius eſt. Eſt ⁊ vſurariꝰ qñ mutuās nullū ſperabat lucrū: ſed debitor ꝓpter mutuū dat ſibi ꝑmiū: ⁊ mutuās ꝓpter eandē cauſam recipit. Si vͦo ſperat ſecundario: qꝛ etiā ſi crederȝ ſe nõ habituꝝ vltra ſortē/ nihilominꝰ mutuaret ꝓpter charitatē: talis ſpes non facit vſurariū. Cõſulito latiꝰ de mutuo Alex. de ales. ⁊ videat̄ poſt eū Gabriel diſt. xv. q. xj. li. iiij.

## De littera N

**Naris ido dicitur: qꝛ** ꝑ eam vel odor vel ſpūs nare nõ deſinit ꝺm Lactā. li. de opificio dei. Nares dei ꝺm Hieroñ. epl'a. j. eſt inſpiratio eiꝰ i corde fideliū. vt eſt illđ ij. Regū. xxij. Aſcēdit fumꝰ de narib eiꝰ. i. lachrymoſa cõpūctio ꝑnitētiū i ſpiratiõe eiꝰ.

**Naſci** vide ſuꝑ in dictiõe Generari: vt de filio đr. Naſci vͦo tēporalit̄ illud đr qđ de nouo producit̄/ aut ſubſiſtit in natura de nouo ꝓducta. Nõ tamꝫ eſt ɔcedendū ꝙ natura diuina ſit nata ex ꝩgine: qꝛ natura diuia nõ ꝓducit̄ de nouo: nec ſubſiſtit i natura humana de nouo ꝓducta: qꝛ ſubſiſtere eſt ſuppoſiti. natura aūt diuia nõ eſt ſuppoſitū ſaltem formal'r. naſci vͦo ⁊ generari nõ ꝑdicant̄ niſi formal'r. Si tñ ex ſuppoſitiõe ꝑdicarent̄ identice natura diuina eēt nata de ꝩgine/ eſſet etiā filia ꝩginis: qꝛ aliq̄d cui natura diuina ē eadē realiter. ſ. ſuppoſitū vͦbi genitū ē de virgine/ ⁊ filiꝰ ꝩgīs. ita ſcribit Gabriel diſt. viij. q. vnica ar. iij. li. iij. Et paulo poſt ait: ꝙ filiꝰ dei neq̄ȝ rõne eēntię diuinę nec rõne ꝓprietatis đr natꝰ ex ꝩgie: ſed rõne naturę hũanę ad vnitatē ſui ſuppoſiti aſſūptę. h̄ autē nõ ɔuenit nāę diuię/ cū nõ ſit ſuppoſitū. Et vͦbū nõ iõ đr natū ex ꝩgine: qꝛ incarnatū. i. carni vnitū. ſed quia ſubſiſtit i nā humana ex ꝩgine nata. hoc aūt nõ ɔuenit naturę diuinę. Itē habere aīam rõnalē/ volūtateȝ humanā/ intellectū/ ɔcedit̄ de vͦbo: ⁊ nõ de diuia natura: licȝ ꝑdicata diuina h̄ eſt ɔueniētia deo rõne alicuiꝰ intrinſici in deo/ nõ rõne creaturę (q̄ nõ importāt ſuppoſitū dicta de ꝑſoa etiā dicunt̄ de eēntia. Secꝰ tñ eſt de tēporalib (vt dictū eſt) Gabriel. Per hec hꝫ naturā diuinā nõ eē natā de ꝩgie. Sed qñ đr ꝙ nā diuina ē incarnata: duplicē h̄ habȝ intellectū: vt ſcribit s. Bona. diſt. v. q. v. li. iij. Uñ cū đr: diuia nā ē incarnata. i. carni vnita. ⁊ h̄ abſq̄ȝ dubio veꝝ ē. Aliꝰ ſenſus. Diuia nā eſt incarnata. i. caro facta. ⁊ rõne iſtiꝰ nõ admittit̄ cõiter a doc. vt latiꝰ ibi deṫmiat Bona. Hoc eī nõ recipit̄: diuia nā ē caro facta. Cõgiorē explanationē videto apđ Bona. Et in q̄ ſenſu poſſit ɔcedi hec ꝓpoſitio Diuina nā eſt caro facta. Si em̄ intelligit̄ ſic: Diuia nā ē caro facta. i. ɔuerſa i carnē: ⁊ hec ſimpl'r ē falſa. vel intelligit̄ Diuia nā eſt caro facta. i. factū ē vt diuina nā ſit caro. Et hec q̄dē ꝓprie loq̄ndo ē falſa: q̄a caro nõ ꝑdicat̄ de diuina nā. Si āt intelligit̄ ſynodochice: vt ſit ſenſus Diuina natura eſt caro. i. hõ. ⁊ ſic illud aliq̄ mõ poſſet ɔcedi ꝓpter ɔueniētiā ad hypoſtaſim q̄ facit idiematū cõicatiõnē: ꝓpter h̄ ꝙ hec eſt vera: Hõ eſt diuina natura. i. ille q̄ eſt hõ. ꝓpter nimiaȝ tñ expſſionē tacēda eſt/ ne videat̄ natura ꝑdicari đ natura: vel naturaꝝ fieri identitatē aut ɔfuſiõem. q̄ oīa relegēda ſūt ab illa excellētiſſima vniõe ⁊ aſſumptiõe: inq̄t Bonauētu.

¶ **Naſci vel gigni** filiū dei ſpūaliter in cordibus noſtris: nõ ē aliđ (vt ſcribit Gerſon ꝑte. ij. ꝺmõe facto in die Natiuitatis dñi) ꝗ̃ȝ eū tanq̄ȝ ſpūalē amicū adiutorē ꝓtectorēq̄ȝ ⁊ viuificatorē in aīa nr̄a nouit̄ ſuſcipe/ ⁊ ihabitatorē poſſidere. Uñ Mat. xij. ait ſaluator. Quicūq̄ȝ fecerit volūtatē pr̄is mei q̄ in cęlis eſt: ipē meꝰ frat̄ ⁊ ſoror ⁊ mat̄ eſt. Totiēs nanq̄ȝ aīa velut mater in ſe deū parturit/ q̄tiens ꝑ mādatoꝝ ſuorum obſeruatiõem ad gr̄am eiꝰ redit. Hec eſt optāda natiuitas vt ait Gerſon.

**Natiuitas** eſt duplex. ſ. natiuitas in vtero/ q̄ fetus fit ꝑmo hõ: vt patȝ Mat. j. dicēte angelo ad Ioſeph. Qđ in ea natū eſt: de ſpū ſancto eſt. Uel natiuitas in vtero eſt ex ɔiūctione aīe cum carne. Natiuitas ex vtero eſt egreſſus ꝓlis de vētre/ q̄ paruulꝰ egredit̄ de mr̄e ꝑmo apparēs viſibil'. Ita s. Bona. diſt. iij. q. iij. li. iij. ſcribit. Et Brulefer diſt. viij. q. j. li. iij. Hāc vtrāq̄ȝ natiuitatē đ chr̄o tāgit Gerſon i expoſitõe tertij articl'i fiđi q̄ ē: Qui ɔceptꝰ ē de ſpū ſcõ natꝰ ex Maria ꝩgie. Cõceptꝰ igit̄ ē de ſpū ſcõ nõ natural'r: ſȝ opatõe ſpūſſcti: ⁊ q̄ſi ꝺm appropatiõem cāę efficiētꝫ. In q̄ vͦbo tāgit̄ natiuitas eiꝰ i vtero. ſ. q̄ natꝰ ē de pr̄e veniēs: nec tñ recedēs. De q̄ Matt. j. Qđ natū ē in ea de ſpū ſcõ ē. Glo. natū. i. ɔceptū. Dī poſtea: natꝰ ex maria ꝩgie. ſ. natitate ex vtero. De q̄ Luc. ij. Et pepit filiū ſuū ꝑmogenitū. ita Gerſ. ſcribit.

¶ **Natiuitas hominis** ē triplex (vt ſcribit Gerſ. ꝑte. iiij. i ſer. de ſcõ Antonio) Una ē doloroſa. Alia gr̄oſa. Tertia gl'ioſa. Prima ē corpal': duę alię ſūt ſpūales. vna q̄dē ꝑ gr̄aȝ: alr̄a ꝑ gl'iam. ꝑma ē tū bonoꝝ/ tū maloꝝ. ſcđa ē ꝓpria bonis in h̄ mđo q̄ ꝑ gr̄am ſūt regnāti: ⁊ hec ad tertiā ducit natitatē q̄ ſurſum i cęl' ē i gl'ia: i regnātõe cū ſederit filiꝰ hoīs ⁊c̄. ⁊ h̄ fit mediāte pnīa: ⁊ ꝑcipue poſt pctm̄ mortale pꝰ baptiſmū ꝑpetratū. Pria ntitas q̄ ē doloroſa ē qñ puer naſcit̄ ⁊ plorat i h̄ mđo mortali. hec natitas ñ ſolū doloroſa ē verū etiā vicioſa: niſi gr̄a eā purgarit. ꝓpt̄ quā cām Iob ⁊ Hieremias iſtā deplāxerīt natitatē. i q̄ nõ ē mā gaudij ſȝ fletꝰ ⁊ gemitꝰ. Alia natitas ē gl'ioſa/ eo ꝙ fit in gl'ia. Hec natitas ē cū aīa recipit ꝑmo ſuā btitatõeȝ ⁊ ſuā gl'iaȝ. de q̄ ꝑſępe memīt Gabriel i ſuis ꝺmõib đ ſctis ⁊ đ dedicatõe tēpli. Natitas gr̄oſa ē quā hõ recepit i ſcđo ſacro baptiſmatꝫ: aut poſtmodū ꝑ pniam. q̄ q̄dē natitas honorabil' ē nobil' ⁊ đſiderabil'. In hac natitate gr̄oſa dant̄ ⁊ ifundunt̄ oēs ꝩtutes: ⁊ ꝑcipue tres theologice: fides/ ſpes/ ⁊ charitas: vt aīa i hac vita gr̄oſa ab oīb inimicoꝝ hũani gñis ꝺuct̄ inſultibus. q̄ q̄dē iſultꝰ fiūt mediāte pcõ maledicto ꝓditore dei ɔtra ipam aīam. Nos id heu q̄libet die experimur magis ꝗ̃ȝ nobis opꝰ eēt. Hec Gerſon vbi š. Uide eundē de triplici natiuitate. ꝑte. ij. ꝺmone facto in die Natiuitatis domini.

**Natus** q̄n̄q̧ ē nomē: ꝛ eſt idē qđ filiꝰ. q̄n̄q̧ ꝑticipiū. Uñ illa negaṫ chr̄s eſt natꝰ .ſſ. Illa vero ꝯcediṫ ꝙ ē natꝰ de ſpū̄ſctō. Nā ī ꝑma accipiṫ nominaliṫ: q꞉ mutat regimē ꝑticipij. Sic eī natꝰ accipiṫ ꝓ filio / in ſcđa accipiṫ ꝑticipialiter. ꝛ ſic capiṫ gn̄aliṫ ꝓ viuente ꝓducto de aliq̄ materia: ſiue viuēte: ſiue nō viuente. Sic dicimꝰ vermes naſci de cadauere. Sic ꝯcediṫ chr̄m eē natū de .ſſ. ꝓut đr circūſtantiā cauſę actiuę: nō materialis. Nō em̄ natꝰ eſt de ſpū ſctō ſic̄ de materia. Sic natꝰ eſt de ꝟgie / ſed de ſpū ſctō natꝰ eſt tāq̧ de opifice: ſiue de cā efficiente. Hęc Gab. di. iiij. q. vnica. ar. iij. dub. ij. li. iij.

**Natura** gn̄aliṫ accipiṫ ꝓ entitate. Uñ Aug. ꝯtra Manicheos ī li. de moribꝫ eoꝝ̄dē ait. In catholica eccl'ia đr oīm naturaꝝ atq̧ ſubaꝝ eē auctorē deū: ꝛ paulo añ. Ip̄a natura nihil aliđ eſt q̄z id qđ intelligiṫ ī ſuo genere aliq̄d eē: ita vt nos iā nouo noie ab eo ꝙ eſſe vocaṫ eēntia: q꞉ plerūq̧ ſubaꝫ noīamꝰ. ita veteres q̇ hęc noīa ñ habebāt ꝓ eſſētia ꝛ ſuba naturā vocabāt. Ex q̊ ꝑꝫ ꝙ b. Aug. ꝑ naturā intelligit oīe qđ in ſuo gn̄e aliq̄d eſt. ꝛ oīe qđ habet aliq̄d eſſe / ꝛ oīe qđ eſſe ſiue qđ eſt / ꝛ nos q̄dlibet tale vocamꝰ eſſe: ſiue eſſentiā. Gab. ſcribit diſt. xxxvij. q. vnica. li. ij. ſic deus ꝛ angeli dicunṫ natura. Uñ natura (vt idē ſcribit diſt. j. q. j. lib. iij.) ꝺm Occā eſt res aliq̄ poſitiua habēs eſſe reale: non tm̄ eſſe obiectiuū in aīa. Et natura intellectualis (vt ibideꝫ dicit) eſt aīa angelꝰ / deus: vl' q̄ habet intellectū ꝑtē ſui eſſentialē: vt homo. ꝛ diſtin. v. Natura (inq̄t) vt diſtiguiṫ ꝯtra ꝑſonā: accipiṫ ꝓ q̄libet entitate q̄ nō eſt formaliter incōicabilis.

¶ **Natura** ꝺm Brule. capiṫ q̄druplicíṫ diſt. j. q. j. li. iij. ꝛ di. xxxiiij. q. j. lib. j. ꝛ Boetiū ī li. de duabꝫ naturꝭ: ꝛ vna ꝑſona. Uno modo ꝓ eo ꝙ pōt diſtincte ꝛ ꝑfecte intelligi ab intellectu nr̄o ꝛ poſitiue / iſto mō oīs natura poſitiua eſt natura: ſic deus angeli dicunṫ natura. Scđo mō capiṫ ꝓ aliq̄ ſuba q̄ pōt agere vel pati. nō ſolū inſtrumentaliṫ / ſed etiā tanq̧ ꝑncipale agens: ſic ſola ſuba de genere ſube eſt natura. Iſto modo deus nō eſt natura: nec accidēs. Tertio modo accipiṫ ꝓ dr̄ntia ſpecifica ꝯſtituente vnam ſpēm ſpecialiſſimā / vel ſubalternā: vt rōnale reſpectu hoīs. Quarto mō capiṫ natura ꝓut eſt ꝑncipiuꝫ motus ꝛ quietꝭ. Et ſic diffinit Ariſto. ij. phyſi. eſt ꝑncipiū mouendi ꝛ quieſcēdi eiꝰ in q̊ eſt ꝑmo: ꝛ ꝑ ſe ꝛ ñ ꝑ accidēs. Scđꝫ Hilariū: natura eſt oīe qđ pōt eē ꝑncipiū ntitatꝭ alicuiꝰ: qđ đr natū. iſto modo voluntas ī diuinis nō eſt natura: q꞉ nō eſt ꝑncipiū alicuiꝰ / qđ đr natū: q꞉ ſpū̄ſctūs nō naſciṫ / ſꝫ ꝓcedit. hoc mō ꝺm Franciſcū de Maro. iſta ſe habēt ꝑ ordinē. ſubſtantia: natura eſſentia: ꝛ q̇dditas. Unde oīs ſubſtantia eſt natura / ſed non econtra. Nam ponimus multas q̇dditates in deo. ſ. bonitatē / volitionē / ꝛ intellectionē. ꝛ tamē nō poniṫ niſi vna eſſentia. Et natura diciṫ a naſcēdo ꝺm b. Tho. j. ꝑte. q. xxix. arti. j. ea em̄ facit oīa naſci. Uñ ꝑmo ipoſitū eſt ad ſignificandū gn̄ationē viuētiū: vt coꝝ natiuitas: ꝛ publicatio diciṫ natura q̄ſi naſcitura. poſtea tranſlatū eſt ad ſignificandū ꝑncipiū gn̄atiōis: vel mutatiōis huius intrinſecū: qđ ꝑncipiū eſt forma: vel maṫia. de q̄ multa pħs. ij. phyſi. ꝛ diciṫ de ꝑncipijs reꝝ naturaliū: vt ſūt materia: ꝛ forma. Interdū natura poniṫ ꝓ vi. vñ herbaꝝ arboꝝūq̧ naturas dicimꝰ.

¶ **Natura** ꝺꝫ s. Bona. tripliciṫ accipiṫ: vt ip̄e ſcribit diſt. xxxvij. li. ij. circa textū. Uno modo natura đr res q̄ naturaliṫ eſt / vel ꝓꝑetas q̄ naturaliṫ ineſt. Secundo modo đr natura largꝰ non ſolum res per ſe ens vel ꝓꝑietas natural'r inherēs: ſed etiā oīe qđ cōſeruat naturam: vel qđ ſaltem aliquo bono nō ꝑuat. Iſtos duos modos ponit mgr̄ ſn̄iaꝝ diſt. xxxvij. li. ij. Tertio mō đr nā largiſſime oīe ens qđ eſt in aliq̄ re nāli / ſiue ſit natural'r inherēs ſiue nō: ſiue ſaluatiuū ſiue nō. Ex q̊ q̊ đr Augꝰ. ꝙ natura eſt oīe qđ deꝰ fecit pōt accipi natura tribꝫ modis / ꝺm ꝙ facere dei accipiṫ tripl'r. Uno mō facere đr deus creādo. Scđo mō concreādo. Tertio mō cooperādo. Et ita ꝺm ꝙ extendiṫ ꝟbum faciēdi / extendiṫ nomē naturę. ſicut facere đr deꝰ actiōem ſubſtratā peccato cooperādo libero arbitrio: ſic etiā nomē naturę ſe extendit ad illā actionē. Et ſic facere dei nunq̧ ſe extēdit ad deformitatem ſic nec natura. Uñ Augꝰ. ꝛ allegat magiſter in textu vbi ſ̄. Quāobrē qđ natura nō eſt deus nō fecit: q꞉ natura ē oīe qđ fecit. Item oē qđ natura bonū eſt deus ex nihilo fecit: non diabolus. Ex hac auctoritate non poteſt haberi ꝙ actio ſubſtrata deformitati non ſit a deo. Bonaueñ.

¶ **Natura** adhuc accipiṫ dupl'r (vt idē Bona. ſcribit diſ. xviij. q. ij. ī fine li. ij.) Uno mō đr oē qđ cōpetit rei a ſua naturali origine. ꝛ ſic cōpetit creaturę / vt ex ea ꝓducaṫ oē qđ deꝰ vult. Opꝰ em̄ reſpectu ſui artificis habet in ſe potentiā ꝑfecte / cū ꝑ oīa ſubiacet eius volūtati. ꝛ ꝯtra hāc naturā deꝰ nunq̧ facit: imo q̇cq̇d facit de creatura / ꝺm hāc naturā facit. ſic mulier d̄ coſta nō eſt formata ꝯtra naturā. Alio mō đr natura ꝓꝑie vis inſita rebꝫ ꝺm q̄s res naturales ꝑagunt curſus ſuos ꝛ motꝰ ſolitos. Hoc mō accipiēdo naturaꝫ aliquādo deus facit cōtra naturam: aliquādo ſup̄ naturam. Tūc facit cōtra naturā / quādo facit aliq̄d cuius ſimile ī natura ꝛ a natura: habꝫ tamē alio modo oīno diuerſo: vt patet in hoc ꝙ natura dat alicui viſum ꝛ ſucceſſiue in ꝑmaria generatione: ſimil'r ꝛ dat vitam: nunq̧ tamē cęcum reducit ad viſuꝫ / nec mortuū ad vitaꝫ. Si ergo deꝰ ꝟtute hoc faciat aut alicui cęco viſum reſtituat ꝛ mortuo vitam: tūc diciṫ facere ꝯtra naturā. i. cōtra ſolitū curſum naturę. ꝛ tūc diciṫ miraculum. Quādo ꝟo deus facit aliquid cuius ſimile natura facere nō poteſt / ꝛ ad qđ natura nō habꝫ ordinē ꝺm ꝓꝑiam virtuteꝫ: ſicut quādo deus factus eſt hō: vel q̄ñ corpus mortale factum eſt glorioſum / tunc facit ſupra naturā. Et illud opꝰ ꝓꝑie diciṫ mirabile ꝛ nō miraculū. Hęc s. Bona.

¶ **Natura** eſt duplex. ſ. naturans quę eſt deus. De hac Ouidius loquitur ꝑmo Metamorph. cūm ait. Hanc deus ꝛ melior litem natura diremit. hic mens ꝛ cauſa a Platone appellatur. Uñ Seneca. Nihil aliud eſt natura q̄z deus ꝛ diuina q̄dam ratio toti mundo ꝛ partibus eius inſerta. Alia eſt natura naturata quā indidit creaturis. de qua ſupra. Hanc diſtinctionem innuit Gerſon ſuper cātico Marie: tractatu. xj. Et vt idem vult in trilogio aſtrologie theologizate: cōtra ſupſtitiōem cuiuſdam medici: ꝛ de erroribꝫ circa artem magicam / natura aut miraculo diuino cauſantur omnia: al's de diabolica pactione operatio ſuſpecta eſt. Unde dicit ꝙ omnis obſeruatio cuius effectus expectatur aliter q̄z per ratiōem naturaleꝫ aut per diuinum miraculum / debet rationabiliter reprobari: ꝛ de pacto demonum expreſſo vel occulto vehemēter hr̄i ſuſpecta. Sicut determīauit tēpe nr̄o inq̄t ip̄e ſacra theologię facultas Pariſieñ. vniuerſitatꝭ.

¶ **Natura** intellectualis eſt triplex (vt oſtēdit Brulefer diſtin. xvij. q̄ſti. ꝑma. lib. iij.) ſcꝫ ſup̄ma ꝛ diuina. Alia eſt media ꝛ angelica. Alia eſt infima ꝛ humana. Natura humana (vt idem ait diſtin. j. q. j. li. iij.) nihil aliđ eſt q̄z hūanitas. Quid aūt ſit hūanitas patet ſup̄ in lr̄a H. Ul' natura humana (vt ſcribit Gab. diſt. v. q. vnica. li. iij.) nihil aliud eſt niſi compoſitū ex mā̄ ꝛ forma rōnali. Et oīe tale cōpoſitū đr nā humana / ſiue actu depēdeat ad aliq̄d ſuppoſitaliṫ vt ī ꝟbo: ſiue ſubſiſtat in ſeip̄a / vt in Sorte vel Petro. Et licꝫ natura q̄n̄q̧ ſubſiſtat ſuppoſitaliṫ ī ſeipa / ꝛ ꝑ ꝯſeq̄ns ſit ꝑſona in creaturis / nō eſt tñ formal'r ꝑſona: q꞉ eſſe ꝑſonā nō eſt de rōne eius formali: vt latiꝰ videri poſſit apud Gabrielē vbi ſ̄. Et q̄libꝫ pars cōpoſiti eſt natura. Uñ ꝛ dicimꝰ hominē cōpoſitū eſſe ex duabꝫ naturis: corporali. ſ. ꝛ ſpūali: carne ꝛ aīa. ſicut dicimꝰ in chr̄o eſſe tres naturas: carnē. ſ. ꝛ aīam / ꝛ deitateꝫ. Hęc Gabriel. Et natura humana in chr̄o eſt ſimil' naturę noſtrę q̄ntum ad eſſentialia (vt ꝛ ſcribit Gabriel diſt. j. q. j. arti. iij. dubio vlti. li. iij.) q꞉ eiuſdē ſpeciei eſſentialis: ſed nō eſt ſimil' in oībꝫ accidētibꝫ. Nam in natura aſſumpta fuit ꝛ eſt beītudo ꝛ ſūma charitas / ſciētia ꝛ dona in ſummo: q̄ nō ſunt in noſtra. ſicut in vno homīe ſūt accidētia q̄ nō ſūt in alio: ſicut alia in iuſto / alia in pctōre. Et q̄uis (vt idē Gabriel ait diſt. j. q. ij. ar. iij. dubio. ij. li. iij.) nā ꝛ ſuppoſitū ſūt idē: nō tñ vniuerſal'r oīs nā ē idē ſuppoſito. Et q̇cq̇d ꝯuenit naturę q̄ eſt ſuppoſitū / ꝯuenit etiā ſuppoſito. Aſſumi āt nō ꝯuenit naturę q̄ eſt ſuppoſitū. Sed poſſe aſſumi ħ ꝯuenit tā naturę q̄z ſuppoſito / ſaltē ꝑ ꝑdicatiōem: ſed nō aſſumi. Gabriel hęc. Et nomīe nāē quā chr̄s aſſūpſit (vt habꝫ mgr̄. diſt. ij. li. iij.) nō intelligiṫ nā cōmunis ſpecifica: ſed natura ſingularis. q̄ eſt hęc caro / et hęc aīa. ꝛ nā aſſumpta eſt ſingularis ꝓꝑia ſingularitate: q꞉ oīe exiſtens eo ꝙ eſt / eſt ſingulare. Uide latius Gabrielē vbi ſ̄. Et late de ħ tractat Occā in ꝑmo diſt. ij. q. vj. Sūt aūt in chr̄o duę nāę (vt oēs ſentiunt catholici) integrę ꝛ ꝑfecte: diuina. ſ. ꝛ hūana ſub vna ꝑſonalitate ꝟbi (vt ꝛ ſcribit Jacobꝫ d̄ valētia pſ̄. cix.) Nā ꝟbū aſſumpſit nām humanā ſine aliq̄ ꝑſonalitate creata: imo ꝑſonauit ꝛ ſuppoſitauit illā ꝑ ꝑſonalitatē ſuā. ꝛ ſic manet vnū ſolū ſuppoſitū / ꝛ vna ſola ꝑſona habēs duas ꝑfectas naturas. Et rōne iſtaꝝ duarū cōmunicanṫ idiomata in chr̄o. Et ſic đr chr̄s verus deꝰ ꝛ verꝰ hō. ꝛ đr creator ꝛ creatura / ꝛ mortuꝰ et paſſus ꝺm diſtinctas naturas: vt al's ſup̄ dictum eſt. Iſte chr̄s eſt ꝯſubſtantialis ꝛ coeternus ꝛ coequal' patri ꝺm diuinitatē: ſed ē minor pr̄e ꝺm hūanitateꝫ. ꝛ ꝺm hāc hūanitatē accepit regnū mūdi a pr̄e ex tpe: ꝛ ꝑtātē ſacerdotalē ſūmā: ꝛ iudiciariā ꝑtāteꝫ. Et ſic reſpectu huiꝰ hūanitatꝭ đr pr̄ filio. Sede a dextrꝭ meis: donec po. ini. tu. ſca. pe. tuo. Et ſub iureiurādo dedit ſibi ſacerdotiū ęternū ꝛ iudiciariā ꝑtātem. Hęc Chriſtopolitanꝰ ep̄s vbi ſ̄.

¶ **Natura diuina** (q̄ teſte Damaſce. in ꝑmo ſuo ē pelagꝰ infinite ſubę) capiṫ q̄nq̧ modis. Uno mō ꝓꝓiſſime ꝓ ip̄a natura diuina ſiue deitate in q̄ tres ꝑſonę coexiſtūt q̄ eſt increabilis. ꝛ ſic ē ꝑma entitas cōis pr̄i ꝛ ſpū̄ſctō. Alio mō capiṫ ꝑſonal'r ſiue notional'r: ꝛ ſic capiṫ ꝓ aliq̄ includente ꝛ hn̄te diuinā nām. Sic pr̄ đr diuīa nā / ſimil'r filiꝰ ꝛ ſpū̄ſctūs đr diuīa nā. ſic diuīa nā valet ſic̄ ꝑſona diuīa / q̄ īcludit nām. Tertio mō capiṫ ꝓut ē ꝑncipiū nāle ꝓductiuū nāliter diuinę ꝑſone. iſto mō īntellectꝰ ī pr̄e diceret nā: ſil'r ꝛ mēoria ſecūda: nō āt volūtas. Quarto mō ꝓ q̄libꝫ vi exiſtēte nāliter ī nā diuīa. iſto mō oīa attributa pn̄t dici nā. ſ. intellectꝰ / volūtas ꝛ ſapīa: q꞉ deꝰ nāliter habꝫ ſapīaꝫ. Quinto mō capiṫ ꝓut idē eſt qđ incōmutabil' neceſſitas. ꝛ ſic đr ſolū ꝯditōeꝫ circa actū elicitū. Iſto mō ꝺꝫ noīales eq̄ incōmutabil'r pr̄ ꝓduc̄ ſpm̄ſcm̄ ſicut filiꝰ. Uide d̄ ħ Scotū di. x. li. j.





Philateriū Ut ſcribit Guil. ep̄s minateñ. in ſuo rōnali: ē chartula in q̄ decē p̄cepta leg' ſcribūt̄ hmōi chartulā ſolebāt phariſei añ ſe in ſignū religiōis poꝛtare. Uñ in euāgelio. dilatāt philateria ſua. Et dr̄ philateriū (vt ide3 dr̄) a philare qđ eſt cuſtodire: ⁊ terit qđ ē lex. Philateria vero eſt vaſculū de argento vel auro / vl' criſtallo / vl' eboꝛe / ⁊ hmōi: in q̄ ſctōꝝ cineres vel reliquie recondunt̄: qđ nomē vt idē ait) cōphēſum eſt a philare: qđ eſt ſeruare ⁊ teron: qđ eſt extremitas: q2 ibi aliqd de extremitate coꝛꝑis ſctōꝝ puta dens: vel digit⁹ / vel aliqd tale ſeruat̄ ⁊c̄.

Philoſophia eſt amoꝛ ſcie: ſm̄ Aug. li. de ciui. dei. iiij. ⁊ ſm̄ eū ꝯtra academicos: ⁊ ſ3 phos. Phia eſt ars vite: et ꝑturbationū medicina: phia ſ3 aliq̄s eſt humanaꝝ diuinarūq; rerū cognitio. Et diuidit̄ in nālē: rōnalē: moꝛalē. Quarū ſūt mlt'e ſpēs a phis oꝛdie miro tradite: vt ſub nāli metaphyſica đ eſſentijs reꝝ. Mathematica de numer' ⁊ figur'. Phyſica de motib⁹: ſub rōnali ſeu ſermocinali grāmatica: logica: rhetoꝛica. Sub moꝛali Ethica: iconomica: politica ⁊c̄. Gerſon tract̄. ix. ſup Magni. phia ⁊ theologia ſūt vtiles ſiq̄s bene: ⁊ ad laudē dei vtit̄. Sed male vtenti nō eſt vtilis imo vana ⁊ inutilis: ⁊ noxia habenti (vt vult Gerſon tract̄. vij. ſup cantico gl'ioſe ꝟginis) ſi non comes affuerit deuotio q̄ pi⁹ eſt ⁊ humilis affectus / qua comite poterit ad intelligentias plurimas euehi: quas nō habebit de lege cōmuni ſimplex chꝛianus. Poterit in ſup talis eſſe vtilis in doctrina: qua fides ſaluberrima gignit̄: nutrit̄: defendit̄: roboꝛat̄: vtilis p̄terea (ſicut dr̄ apl'us) ad arguēdū. Ubi q̄3 theologi deuotione carētes ſiniſtras de deuotionis myſterio deriſiones intulerūt. Ruſus ita ſe habēt affect⁹ / pietas / et humilitas in deū vt nequeāt vna ꝟacit̄ ſine altera inueniri. Uide latius Gerſonē. ⁊ al's de phia ⁊c̄ multa putilia. Et q̄ȝq̄ȝ vera phia noſtre theologie nequaq̄ȝ ſit aduerſa: ſ3 nō aſcendit ad ei⁹ altiſſima: vt idem dr̄ Gerſon tracta. ix. ſup Magnificat

Piaculare ad ſatiſfactiōem pcti ꝑtinet. Uñ crimē piaculare vt refert magiſter. q2 ꝟo piaculare inq̄t flagitiū cōmiſit q̄ duab⁹ cōmatrib⁹ vel ſoꝛoꝛib⁹ nupſit: magna pnīa debet ei iniūgi. diſti. xlij. q̄rti. Piaculare. i. dignū expiari: vt exponit Richar. Hoc vocabulo vſus eſt Liui⁹ lib. j. Et piacularia triſtia ꝑ que malū fieri opinabant̄. Et piacularia auſpicia dicebant̄ q̄ ſacrificātib⁹ triſtia poꝛtēdebant: cū aut hoſtia ab ara ꝓfugiſſet: aut ꝑcuſſa mugitū dediſſet: aut in aliam partem coꝛpoꝛis q̄ȝ opoꝛteret cecidiſſet ⁊c̄.

Piaculum ſacrificiū cult⁹ ⁊ q̄cquid agit̄ ſeu ꝑhibet̄ ꝓ ſacrificatōe pcti. Uirgi. Ea ꝑma piacula ſunto. Hoꝛa. li. carmi. Teq; piacula nulla reſoluēt. h̄ eſt: nullis hoſtijs te expiabis. Aliqñ dicitur crimē flagiciū. Hiero. i li. Iudicū. Nunq̄ȝ tantū nefas ⁊ tāgrande piaculū factū eſt in iſrl'. Uirgi. li. vj. Diſtulit i ſerā cōmiſſa piacula moꝛtē.

Piare ſ꜀cat colere: q̄ñq; ꝯtamiare: q̄ñq; pie amare. Aliqñ purgare ſ꜀cat. A q̄ expiare qđ eſt purgare. Et impiare ꝯtaminare. Hiero. in ꝓlo. Aggei. Sed cū memoꝛat⁹ ppl'us multis tēpoꝛib⁹ idolis ſeruiēdo etiā effuſiōem ſanguinis innocētū ſe grauiter impiaſſet. lxx. annoꝝ captiuitatē eūdem ppl'm ſtatuit ſuſtinere. Et piabile qđ purgari pōt. cui⁹ ꝯtrariū eſt inexpiabile. Aug⁹. ſup Ioā. Uiderūt ſe ingēti crimine impietatis adſtrictos q̄ñ illū occiderūt / quē venerari ⁊ adoꝛare debuerunt. Et hoc putabant eſſe inexpiabile ⁊c̄.

Pietas Uocabulū pietat' multipl'r accipit̄ ſm̄ ſctm̄ Bonauē. diſt. xxxv. q. vj. li. iij. ⁊ diſtin. ix. ar. ij. q. j. li. iij. ſm̄ q̄ innuit Aug. x. de ciuit̄. dei. Aut em̄ ſic pietas ꝓprie dei cult⁹ intelligi ſolet: quam greci theoſebiā vocāt. Hec tñ erga parentes officioſe haberi dr̄. Moꝛe autē vulgi hoc nomē in opib⁹ miſericordie nunc frequentat̄. Cū igit̄ pietas ſic dicat̄ multipliciter valet: erga deū / erga parentes / ⁊ erga quēcunq; hominē. ſm̄ q̄ oꝛdinat erga deū nō eſt nomen doni / ſed potius eſt idē qđ latria ⁊ theoſebia ſiue euſebia. De qua dicit Aug⁹. q̄ eſt ſapiētia vere. ſm̄ autē q̄ oꝛdinat ad parētes adhuc etiā nō tenet ratiōem doni: ſed potius eſt ſpecies iuſticie virtutis: ꝓ eo q̄ ad hoc oꝛdinat̄ ſm̄ regulā naturalis iuris: ⁊ ſm̄ obligatiōem neceſſitatis. ſm̄ aūt q̄ attēdit̄ reſpectu cuiuſcūq; ꝓximi: ſic pietas eſt nō doni. Alit̄ tamē attendit̄ erga ꝓximū pietas donū ⁊ miſcđia ꝟtus. Miſcđia em̄ reſpicit ꝯfoꝛmitatem in natura / ⁊ neceſſitatē in indigentia ſiue in miſeria. Pietas ꝟo attēdit in pꝛoximo imaginem diuinā. Uñ dono pietatis eſt homo beniuolus cuicunq; homini q̄ habet in ſe imaginem dei: ita q̄ beniuolētia illa ꝓ loco ⁊ tempoꝛe aliquādo pꝛogredit̄ in compaſſiōis affectū: aliquādo in operis beneficium ⁊c̄. Et ꝑncipaliter pietas dicit̄ de cultu diuino: ⁊ de illa virtute qua colit̄ deus. ſctūs Bonauen. Unde pietas idem ē qđ religio: quod grece latria ſeu theoſebia. Unde ꝓprie pietas eſt theoſebia. i. cultus dei interioꝛ: qui ꝓprie ꝑtinet ad ꝟtutes theologicas. Religio ꝟo eſt latria que ꝑtinet ad ſuitutem diuinā

exteriorē. hec ex Augu. li. x. de ciui. dei ca. iiij. Et pietas a vulgo ſumiť ꝑ actibꝰ miſc̄dię: q꞉ deus teſtatur hos actus ſibi fieri. Et ex hoc deus diciť pius ex btō Tho. ſcđa ſcđę. q. cj. art. j. Et ſm eundē ſcđa ſcđę. q. lxxx. ar. j. pietas eſt ſpecialis virtus ⁊ ꝑncipaliť ē ad parentes ad patriā in qbꝰ icludunť oēs cōſanguinei ciues amici patrię. Uñ pietas ſm quoſdā eſt ꝑ quam ſanguine coiuncť: patrięqꝫ beniuolis officiū ⁊ diligens tribuiť cultus. Et ſm Ciceronē lib. j. de natura deoꝝ. pietas eſt iuſticia aduerſus deos. Gerſon tra. v. ſup cātico Marię ait. Pietas ex affinitate/ et affinitas ex generatione cōſurgit. Eſt em̄ pietas i genere quidā amor ꝓueniēs inter aliq̄s ex radice vľ cauſa cuiuſdā affinitatis mutuę: q̄lis inter ciues ⁊ ciuitatē ſuā vel patriā/ q̄lē ꝓterea nos dicimur habere ad deū patrē noſtruꝫ ⁊ dñm/ qui viciſſim pius erga nos eſſe laudať: q꞉ poſſedit/ fecit/ ⁊ creauit nos. Et pietas q̄ cōcernit mutuā dei ad nos habitudinē deſcribi poteſt. Pietas eſt amor ꝓueniēs: eo ꝙ dei genus ſimꝰ capaces atqꝫ participes eius ⁊c̄. Pietas ſm Grego. ſup Job eſt quę docet opus miſc̄dię. Magiſtraľ diffinitio hęc eſt (vt ſcribit Gerſon. ꝑte. ij. in cōpendio theologię de ſeptē donis ſpūſſcti.) Pietas ē ex benigne m̄tis dulcediē oibꝰ auxiliatrix affectio. et mľtis modis diciť (vt ibidē hꝫ Gerſon. ⁊ ſup̄ ptꝫ ex Bona.) Eſt et pietas fidei ad quā requirunť tres cōditiones in ſpeciali: q̄s ponit Gerſon ꝑte. ij. in fine de mirabili victoria cuiuſdā puellę. Prima ꝙ illa q̄ fiūt in fide vel de fide faciāt ad excitationē deuotionis ⁊ pie affectiōis circa deū ⁊ diuina: q꞉ .ſ. reſonant in laudē diuinę potētię vel clementię in miraculis ⁊ venerationē ſanctoꝝ. Altera cōditio eſt ꝙ habeať circa talia ꝓbabilis aliqua cōiectura/ vel cōmuni relatiōe/ vľ ex fideliū atteſtatiōe/ q̄ dicūt ſe vidiſſe ⁊ audiſſe. Sup̄addiť tertia cōditio cū diſcretione penſanda ꝑ viros in theologia ⁊ bonis moribꝰ eruditos ꝙ in hmōi relationibꝰ coꝝ quę dicunť de pietate fidei nō includať vel immiſceať aliqđ falſum vel erroneū qđ manifeſte ſit in detrimentū fidei vel bonoꝝ moꝝ directe vel indirecte palā vel occulte. Sup q̄ re cognoſcēda vel determināda nō ē fas cuilibꝫ palā/ ⁊ paſſim ferre ſentētias ⁊ reꝓbatiōes: imo nec approbatiōes cōtētioſas maxie qñ toleranť ab eccľia vel p̄latis eccľę i vna ꝓuincia vel in multis: ſꝫ iudiciū ⁊ determiatio debēt deferri ad eādē eccľiaꝫ ſeu p̄latos eiꝰ ⁊ doctores. Gerſon.

**Pirata** nomen latronis qui p̄mus mare infeſtauit. a quo om̄es ſpoliatores ⁊ p̄dones piratę dicti ſunt. Uñ pirata diciť qui in mari p̄dať (vt habet frater Oſualdus li. iiij. roſa. theo. in dictiōe ex cōmunicatio.) Uel pirata diciť qui maria latrocinijs infeſtat. a quo piratoriū/ qđ diciť habitaculū piratarū: vt ſcribit Ambro. de hoſtibꝰ carnalibꝰ nō metuēdis. qui etiā ſubdit. Tādiu in piratorio ſumus quādiu in hac carne poſiti p̄donū ſpiritualiū tentationibus ſubiacemus.

**Plantare** ſeminare eſt: qđ ſibi apľus attribuit quia ꝑ p̄dicationē qđ opus eſt libe. arbi. (opus dico impartum ſemē fidei iecit) ſm illud Luce. viij. Semē eſt verbū dei. Sed gratia viuificat ⁊ ſemē creſcere facit/ qđ ſolus dominꝰ tribuit. Hinc diciť j. Corinth. iij. Ego plātaui apollo rigauit deus aūt incremētū dedit. Plātare ſemiare ē (vt dr̄ Gab. di. iiij. q. vnica. lib. ij.)

**Plenitudo** multiplex eſt (vt ſcribit ſctūs Bonauē. diſti. j. li. iij. circa textū.) Nā eſt quędā plenitudo naturę: quędā gratię: quędam glorię. Plenitudo naturę eſt in duplici differentia. Prima inquātū ad rē in cōditione. de q̄ Gene. ij. Cōpleuit deus die ſexto opus ſuū. Secūda quātū ad rerū multiplicationē. de qua pš. Dñi eſt terra et plenitudo eius. Similiter ⁊ plenitudo gratię duplex eſt. Quędā in capite ⁊ de hac Joā. j. Plenū grā ⁊ veritatis. Quędā in mēbris. ⁊ de hac Actu. j. Repleti ſunt om̄es ſpūſctō. Et Ephe. j. ꝓpoſuit ⁊c̄. Similiť plenitudo glorię duplex eſt: vel quātū ad numeꝝ electorū de hac Apoc. vj. Suſtinete modicū tēpus donec impleatur ⁊c̄. Aut quātū ad ꝑceptionē ęternoꝝ bonoꝝ. Eccleſia. xxiiij. In plenitudine ſctōꝝ detētio mea ⁊c̄.

¶ **Plenus gratia** hoc nomē equocū eſt: vt habet Alexan. parte. iij. q. xij. mēb. iij. quē ⁊ cęteri imitanť: ⁊ poſt eū ſcribit Gab. di. xiij. q. vnica. ar. iij. lib. iij. vide eundē de plenitudine gratię ſer. iiij. de feſto annūciationis dñicę/ q̄ incipit. Illuxit nobis dies celeberrima. Et Brulefer q. j. di. xiij. li. iij. Nā qñqꝫ importat plenitudinē ſufficientię: quādoqꝫ plenitudinē excellentis p̄rogatiuę: quādoqꝫ plenitudinē copię: quādoqꝫ plenitudinē effluētis ſupabundātię. Plenitudo ſufficiētię eſt vel quę ſufficit ad finē. i. vitā ęternā habendā/ ⁊ hęc excludit om̄e mortale. Siue ſecūdo q̄ ſufficit ad ſtatū illū/ vel ad opus ad qđ q̄s eſt ordinatus. Siue etiā tertio ad gratiā ad quā eſt diuinitus p̄ordinatus. Uel quarto q̄ ſufficit nō tm̄ ad habendā aureā. ſed etiā aureolā. Hęc plenitudo tribus modis primis eſt oīm ſctōꝝ. de q̄ illud accipi poteſt ad Ephe. iiij. Ut impleamini in omnē plenitudinē dei. Sed q̄rto accipiť Actu. vj. Stephanus aūt plenus gratia ⁊ fortitudine ⁊c̄. quia ſua gratia nō ſolū cōdigna fuit aurea. i. premio eſſentiali: ſed etiā aureola. Meruit em̄ aureā ⁊ aureolā: quia fuit p̄dicator ⁊ martyr. Plenitudo excellentis p̄rogatiuę eſt qua. ſ. habens excellit cęteras creaturas puras/ verbo non vnitas. ⁊ hęc excludit om̄e peccatū mortale veniale ⁊ originale: ⁊ hęc eſt plenitudo virginis glorioſę. de q̄ Luce. j. Aue gratia plena. Plenitudo generalis copię eſt plenitudo numeroſa/ includēs om̄e genꝰ gratię. Et hoc modo eccleſia diciť plena gratię: quia non eſt aliqđ genus gratię qđ nō ſit in eccleſia quantū ad aliq̄d mēbrū eius. Hinc dicit apľs. Diuiſiones grārū ſunt vnus aūt ſpiritꝰ: alij dať ſermo ſapiētię: alij ſermo ſcientię ⁊c̄. j. Coꝝ. xiij. Plenitudo effluētis ſuperabūdantię. eſt grā ſūma de facto cōicata creaturę redundās ⁊ ſupeffluēs in cęteros. Et hec eſt grā anię chrī/ q̄ nedū abūdat in chrō q̄ntū ad oēs virtutes et effectus eiꝰ imꝑfectionē nō includētes/ qđ addiť ꝓpť fidē ſpem pniam ⁊ ſiľia/ q̄bus annexę ſunt aliq̄ imꝑfectiones: ⁊ ideo in chrō nō fuerūt: ſed etiā effluit tāq̄ꝫ capitis in oīa mēbra eccľię/ nō ꝙ eadē grā numero ſit in chrō ⁊ in mēbris eccľię aut aliq̄ pars gratię chrī q̄ in chrō fuit realiť trāſferať in mēbra: ſed effluit cauſaliť meritorię: q꞉ chrūs ꝑ grām ſuā meruit oibꝰ gratiā ⁊ p̄ſeruationē vľ remiſſionē pctōꝝ. Et hec plenitudo ē ſoliꝰ chrī q̄ excedit grām ꝟgīs intemeratę ⁊ oīm electoꝝ. Et de hac dr̄ q̄ntū ad ſupabūdantiā oīm virtutū donoꝝ ⁊ effectuū in chrō. Uidimꝰ gľiaꝫ eiꝰ glo. q. v. a pa. ple. grā ⁊ ve. Jo. j. Gloria aūt ⁊ grā vnigeniti ꝓpria ē chrō. Et q̄ ad effluentiā dr̄ ibidē. De plenitudię eius accepimꝰ oēs grām ꝓ grā. Hec Gab. Et in ſermōe. iiij. de annūciatiōe btē Marię ꝟginis pľa.

¶ **Plenitudo** poteſtatis eccľiaſtice eſt (vt ſcribit Gerſon. ꝑte. j. de ꝑtāte eccľiaſtica ꝯſide. x.) ē poteſtas ordinis ⁊ iuriſdictiōis q̄ a chrō collata ē ſupnaturaliť Petro ſicut vicario ſuo ⁊ monarche p̄mo ꝓ ſe ⁊ ſuis



ſucceſſoribꝰ legitimis vſqꝫ in finē ſeculi/ ad ędificationē eccľię militātis ꝓ ꝯſecutiōe fęlicitatis ęternę. Diciť in hac deſcꝑtiōe: ſupnaturaľr: ad differētiā ptātuꝫ vľ iuriſdictionū: q̄ ſucceſſoribꝰ Petri potuerūt ꝯuenire: ſm leges humanas/ ciuiles ⁊ politicas: vel dictamen iuris nālis: qđ vult vt ſupmꝰ i aliq̄ policia gaudeat multis honoribꝰ ⁊ p̄uilegijs ſup alios. vel ex ſpeciali dotatiōe ſeu donatiōe p̄ncipū ⁊ alioꝝ ſeculariuꝫ: vel tādē ex ipiꝰ eccľię ſeu ꝯciliorꝝ generaliū fauorabili ꝯceſſiōe/ ſicut cōitas pfecta ſuo capiti naturaľr dari pōt. Hęc Gerſon. Et ibidē dr̄ ꝙ ptās eccľiaſtica in ſua plenitudine ē formaľr ⁊ ſubiectiue i ſolo romano pōtifice. Et plura de poteſtatis eccleſiaſticę plenitudine Gerſon.

**Poena** grecū vocabulū videť eē. Illi em̄ ποινη dicūt: lꝫ Uarro a pēdēdo dictā velit. Eſt aūt pęna ſuppliciū q̄ q̄s ob delictū afficiť. Et ſm Ulpianū pęna eſt noxę vindicta q̄ ſuos tenet actores. Annumerat aūt Cice. octo pęnaꝝ genera. ſ. dānū/ vincula/ ꝟbera/ taliōnē/ ignominiā/ exiliū/ ſeruitutē/ mortē. Pęna ſm Bruleferū diſt. iiij. q. ij. li. iiij. diffiniť ſic Pęna eſt aliq̄d damnū vľ maliū p̄uās bonū ꝯueniēs ꝓpter meritū p̄cedēs. Et pęna ꝓprie eſt punitio delicti. Hęc pęna nō p̄cedit culpā: vt ſcribit Gabriel diſ. xix. q. vnica. li. ij. dub. ij. vbi ⁊ dr̄ ꝙ mors nō fuiſſet pęna i ſtatu innocētię: ſed q̄dā naturaľ trāſmutatio ꝯſeq̄ns mixtionē ex ꝯtrarijs: ſicut ⁊ mors brutoꝝ nō ē pęna: ſed paſſio ꝯſeq̄ns nām corruptibilē. nec tñ ſemp inſligit deꝰ pęnā ꝓpť pctm̄ cōmiſſuꝫ: vt ſcribit Gabriel diſti. iij. q. j. ar. ij. li. iij. ſꝫ etiā qñqꝫ ꝓpť dei gľiam aut hoīs meritū cumulādū. qñqꝫ etiā ꝓpť eiꝰ q̄ punitur/ aut alioꝝ inſtructiōem: q̄ꝫuis forte tūc iꝓprie dr̄ pęna/ cū nō p̄ceſſit culpa. Sicut (vt idē vult diſ. xxxvj. q. vnica. dub. v. li. ij.) ptꝫ de pęna brutoꝝ. Itē de afflictiōe iuſtoꝝ ⁊ martyꝝ/ ac gľioſę ꝟgīs: q̄ ordiať ad coronā. Si ꝟo accipiť pęna ꝓprie ꝓ q̄dā vindicta: ſic dicit ordinē ad culpā i ſe: vel alio mō p̄cedentē aut actu p̄ntē. Sic omnis pęna aliq̄ mō reſpicit culpā/ vel i ſe p̄ſentem: vt pęna inferni: vel vt pctm̄ in ſe. p̄ſentē aūt i reatu: vt pęna purgatorij. Quędā reſpicit culpā nō i ſe: ſed in alio. vt mors chrī illata: imo volūtarie a chriſto paſſa ꝓpter pctm̄ hoīs redimēdi. Et ſm hęc intelligēde ſunt auctoritates ſctōꝝ. ſ. illa. Quicq̄d patimur pctā noſtra meruerūt. meruerūt tanq̄ꝫ cauſa ſine q̄ nō. q꞉ niſi fuiſſꝫ i nob̄ pctm̄ originale: nō eſſet aliqua afflictio hoīs. Et noſtra nō demōſtrat ꝑſonam aliquā particularē: ſed quaſi ꝯfuſam cuiuſcūqꝫ hoīs ſub diſtinctiōe ad alia. Et illa Grego. in collec. Nulla nocebit aduerſitas/ ſi nulla dominet iniq̄tas. Quę ſimpliciter vera eſt: q꞉ ſi nō fuerit iniq̄tas in afflicto: nō nocebit aduerſitas pęnalis. quia erit ei nō ad nocumentū/ ſed magis ad ꝓfectū ⁊ gľię augmentū: ſm illud ad Roma. viij. Diligentibꝰ deū omnia cooperanť in bonum ⁊c̄. Gabriel. Et vt idem dr̄ diſt. vij. q. vnica in fine libri ſcđi. De potētia ordinata deus nō infligit pęnam niſi p̄ceſſerit culpa. De potētia q̄qꝫ ordinata culpa nō remittiť niſi gratia gratumfaciēs infundať. quia ordinauit deus nullū velle liberare a debito mortis ęternę: niſi quem acceptat ad gloriam beatitudinis perpetuę. Quēcunqꝫ autē ordinat ſiue acceptat ad gľiam/ huic infundit gratiaꝫ: qua redditur dignus tantę glorię: ſm illud apoſtoli. Gratia dei vita ęterna. ad Roma. vj. Et hinc ē ꝙ inter peccatoreꝫ pęnę debitoreꝫ ⁊ iuſtum gloriam expectantem nō eſt medium: ſicut nec inter gratū ⁊ ingratum. Hęc Gabriel diſt. xiiij. q̄ſti. p̄ma arti. p̄mo li. iiij. Aſtipulatur p̄dictis Jacobꝰ de Ualentia ſup illud pſal. xxx. Saluaſti me de neceſſitatibꝰ: animā meā a neceſſitatibꝰ. ſcꝫ a pęna q̄ neceſſario ſequiť culpam: ⁊ a culpa q̄ neceſſario ſequiť ex fomite ⁊ cōcupiſcentia: q̄ dicitur lex membroꝝ. quę quaſi neceſſitat ⁊ cogit alliciēdo hominem ad peccandum. Iſta em̄ dicunť neceſſaria: quia ſunt cōnexa ⁊ alligata. nam ex peccato p̄moꝝ parentum ineſt nobis fomes ⁊ corruptio naturę in carne: ex cuius cōtactu anima maculať peccato originali: et ex eius cōſenſu cauſať peccatū actuale: ⁊ mortale in voluntate: ex quo ſequiť reatus ⁊ pena ſenſus. Et ideo iſta dicunť neceſſitates q̄dā in nobis. a q̄bꝰ nos chriſtus liberauit ꝑ ſuam paſſiōem ⁊ ſacramēta eccleſię. Nam liberat nos a peccato: vt nō ſit nec imputeť: ⁊ liberat nos a fomite: nō vt nō ſit/ ſed vt nō imputetur (vt inq̄t Auguſtinꝰ) Hęc Chriſtopolitanꝰ epiſcopꝰ. Et vt ex ꝓdictis haberi pōt Pęna dupliciter accipiť. Uno mō vt dr̄ damnū alicuius ſimpliciter/ ſine reſpectu ad aliud. Secūdo dicit ordinē ad p̄cedēs demeritum: ⁊ illo mō afflictio brutoꝝ ⁊ mors eorūdem licꝫ ſit damnū ⁊ diſcōueniens brutis: non tamē eſt pęna: quia nō p̄ceſſit culpa. Primo nō pęna formaliter ē carentia boni cōuenientis volūtati vel volenti. Eſt autē duplex pęna (vt notat Gabriel diſt. xxxvj. q. vnica. arti. j. li. ij.) q̄dam nuda (boni ꝯuenientis naturę intellectuali) carentia: vt p̄uatio viſionis ⁊ fruitiōis diuinę: q̄ dici ſolet pęna damni. Alia eſt quid poſitiuū/ ⁊ tamē diſcōueniēs tali naturę: ſicut calor excellēs ē aliq̄d poſitiuū diſcōueniēs corpori. Sic ⁊ pęna ignis infernalis ⁊ vermis carceris ⁊ fętoris: q̄ diciť pęna ſenſus De quibꝰ infra plus diceť. Et omnis pęna q̄ eſt afflictio q̄dam q̄ alicui infligiť eſt a deo: a quo ē om̄is entitas poſitiua: vt vult Gabriel ⁊ Scotꝰ ⁊ ſctūs Bonauē. diſt. xxxvj. q̄ſti. vlti. li. ij. Illa autē pęna q̄ eſt formaliter peccatū nō eſt a deo/ niſi vt a deſerente: qđ eſt dictu: ꝙ volūtas d̄ficiēs a rectitudine iuſticię in actu deſeriť a deo. ita ꝙ deus nō coagit ſibi ad rectitudinē a qua volūtas ſua ſpōte defecit ⁊c̄. Et poſitiua pęna q̄ eſt effectiue a deo ē bona: imo quādoqꝫ ē medicinalis ſi nō eſt exterminatiua. vt videre potes apud Gerſonem de vita ſpūali anię lectione. iiij. Pęna autēꝫ q̄ eſt formaliter peccatū nō eſt a deo efficiēte. Poſſit tamen dici a deo deſerēte vel ꝑmittēte. Et pęna q̄dam eſt afflicta a iudice: q̄dam acta ab ipo peccante. q꞉ homo peccādo ſibimet infert pęnā: vt inq̄t Rich. diſti. xlix. ar. v. q. vij. li. iiij.

¶ **Poena** diciť ordinatiua culpę ſm Gabrielē diſt. xxxvj. q. vnica. li. ij. ꝓ q̄nto ꝑ pęnā reducitur volūtas peccatrix ad diuine iuſticię ordinē. Plura ibi Gabriel. Et ſm eundē arti. ij. Omne inq̄t peccatū eſt pena. Unde Auguſtinꝰ li. p̄mo ꝯfeſſionū. Juſſiſti em̄ ⁊ ita eſt vt pena ſibi ſit omnis inordinatꝰ animꝰ. neqꝫ em̄ ad momentū eſt dedecus culpe ſine decore iuſticię. Et ꝓbatur rōne. Nam volūtas p̄uās ſeipām iuſticia p̄uat ſe maximo bono ſibi ꝯuenienti: cuius carentia maior eſt ſiue peior eſt cuiuſcunqꝫ cōmodi illati propter talem culpam: ergo infert ſibi penam. Longior eſt Gabriel vbi ſ. Et infra dicit. Ad culpam inſeparabiliter ſequiť pena: ſiue dicať pena q̄dā afflictio ſiue inuoluntaria paſſio. Sed pena quę eſt damnificatio ſemp ſequiť: quia nunq̄ꝫ eſt hō in culpa q̄n ſemp ſit in damno. Afflictio ꝟo ſiue remorſus ſequiť in habitu: q̄ꝫuis ꝓpter delectatiōem inteſam vel incōſiderationem vel diſtractiōem animi nō ſentiať. Gabriel poſt Bonauē. Nō aūt omnis culpa pcti alteriꝰ eſt pena. ⁊ ꝓbat idem Gabriel de p̄mo peccato. Nam nō eſt pe-

na peccati p̄cedētis cū ip̄m ſit p̄mū nec ſequentis:q̄a
pena nō p̄cedit culpā. Non em̄ pri⁹ eſt vltor ꝙ̄ aliqs
ſit peccator: vt vult bt̄us Augu. ergo nec alteri⁹ pec
cati. Oē pctm̄ poſteri⁹ eſt pena prioris ⁊cā poſterio/
ris: vt ſentit mgr̄ diſti. xxxvj. li. ij. niſi vltimū fuerit.
Uñ Aug. quē refert mgr̄ inter p̄mū peccatū apoſta/
ſie ⁊ vltimā penā ignis eterni media ꝗ̄ ſūt ⁊ peccata
ſunt ⁊ pene peccati. Probat rōne: q̄r peccās peccādo
demeret deſeri a deo. Deſertus aūt a deo nō pōt non
cadere in aliud pctm̄: ſm illud Grego. in mora. Pec
catū qđ nō ꝑ pniam delet / ſuo pondere trahit ad aliđ
ergo peccati ſequētis demeritū ē pcm̄ p̄cedēs ſicut eſt
demeritū deſertiōis a deo Gab. vbi ſ.

¶ Poena quādo cōparat ad punitū nō placet deo:
vt ſcribit ſctūs Bona. di. j. li. iiij. Nō em̄ creauit nos
ad puniendū: ſed qñ cōparat ad meritū. ſ. ad exiſtētē
culpā: ⁊ ſic eſt in ea manifeſtatio iuſticie ⁊ ordinis: ſic
placet deo inquātū iuſt⁹. Et ſilr̄ qñ cōparat ad finē
vel effectū: vtputa ad iuſtificationē rei. Et ſic placet
ei inquātū miſericors. Uñ in punitiōe q̄ eſt via ad iu
ſtificationē rei relucet miſcđia ⁊ iuſticia: ⁊ ita eſt deo
placēs. ⁊ talis fuit pena circūciſiōis. Et (vt idē ait) de
us nō delectat in pena ſm ꝙ pena: ſed ſm ꝙ iuſta vl̄
iuſtificatoria. tamē hec delectatio ſemꝑ eſt cū aliq̄ ri⁹
gore. Et quia lex vetus fuit lex rigoris: ideo debuit in
ea eſſe penalis curatio / ſicut eſt circūciſio. Hec Bo/
nantura q̄ſtiōe. j.

¶ Poena ſm Richar. di. xx. ar. ij. q. j. lib. iiij. cau/
ſatur dupliciter. ſ. ex abſentia boni amati ⁊ p̄ſentia ma
li oditi. ⁊ vtroqꝫ mō pena purgatorij maior eſt quali
bet pena tēporali. Anīe em̄ in purgatorio: q̄r motus
earū nō retardat mole corporū vehemētiſſime deſide/
rant cū deo ꝑfecta fruitiōe cōiūgi: ⁊ ideo ex hui⁹ frui/
tiōis ⁊ cōiunctiōis abſentia vehemētiſſime affligunt
maxime cū tēpus videāt aduenīſſe q̄ cū deo ꝑfecte
eſſent ꝯiuncte: ſi dū erant in corporibꝫ penā ſuis pec
catis debitā ꝑſoluiſſent: q̄r etiā pena nō tm̄ eſt leſio /
ſed leſionis apprehēſio vel ex tali apprehēſiōe cauſata
ideo tāto ceteris paribꝫ pena eſt maior / quāto appre/
hēſio leſiōis eſt fortior. Anīe aūt in purgatorio fortio
ris ſunt apprehenſionis ꝙ̄ dū erant in corpibꝫ Rich.

¶ Poene ſūt multiplices. Quedā ſūt eterne q̄dā tē
porales. Pene tēporales quedā cōtrahunt quedā aſ
ſumunt. de q̄ ſctūs Bonauē. di. iiij. ar. j. q. ij. lib. iiij.
Et diſ. xl. ar. ij. q. ij. li. j. ait. Pena q̄dā eſt inflicta: que
dā cōtracta: q̄dā acta. Pena inflicta ſimplicr̄ eſt paſ
ſio ⁊ nō repugnās gratie: vt fames / ſitis / ⁊ egritudo
⁊ cetere penalitates ⁊ miſerie hui⁹ vite. De q̄ videat
Alexander ꝑte. iiij. q. ij. §. vltio. ⁊ Gab. di. iiij. q. j. ar.
j. li. iiij. Pena ꝯtracta eſt fomes ⁊ cōcupiſcētia. ⁊ hec
quidē paſſio eſt: ⁊ ideo pena. ſed tñ inclinat ad actio/
nē malā ⁊ ideo gr̄e repugnat: nō quātū ad ſubſtātiā
ſed quātū ad inclinationē. Pena acta eſt ſicut obdu
ratio ⁊ gratie expulſio: ⁊ hec quidē pena eſt / q̄r paſſio
eſt: ſed q̄r ex mala actione ſiue ex pctō eſt. ⁊ illud ꝯco
mitat inſeꝑabilr̄ ideo oppōunt gratie. Et ita patet
ꝙ nihilominus eſt pena ⁊ paſſio. Quāuis em̄ cōtin/
gat ꝑ ꝓpriā actionē nihilomin⁹ pena eſt: ſicut patet in
ſcabioſo / q̄ in ſcalpēdo ſe delectat: ſed poſtea ſentit ī
carne ardorē. Quedā pene aſſumunt ⁊ imponunt in
ſatiſfactionē actual̄ peccati: vt ieiunia / vigilie / ⁊ cor/
poralia ⁊ ſpūalia exercicia ⁊ laborioſa opera / ⁊ varie
corꝑis caſtigatiōes. Et pene tꝑales (vt ſcribit ſctūs
Bonauē. di. xxxiij. ar. iij. q. j. li. ij.) nō tm̄ ſūt punitiue
ſed etiā ꝓmotiue. Uñ de⁹ nō tm̄ affligit inimicos ſu
os / verūetiā amicos: ſicut patet in Tobia Job. ⁊ ido
in afflictiōe tꝑali ſeueritati iuſticie cōiūcta ē benigni
tas miſcđie q̄ duo elegant reꝑiri debēt in om̄i puni
tiōe dei ⁊ remuneratione. ꝓmouēt q̄ꝫ pene tēpales
(vt idē ſctūs Bonauē. dicit di. iiij. ar. j. q. ij. li. iiij.) mul
tiplicr̄ ad bonū. Dant em̄ ꝓpter humilitatē Job. iij.
Sagitte dñi militant in me / quarum indignatio ⁊c̄.
ꝓpter timoris incuſſionē Job. vj. Terrores dñi mili/
tant cōtra me ꝓpter ſuijpſius cognitionē Eſa. xxviij.
Tantūmō ſola vexatio dabit intellectū ⁊c̄. Propter
ſimulationē ad bonū Matth. ij. Surgite ⁊ ite: q̄r nō
habetis hic requiē. ꝓpter exēplū nō peccādi Zach. xiij
Adā exēplū meū ab adoleſcētia mea. In exercitiū vir
tutū / ⁊ maxie in virtute patiētie. Ro. v. Et gl̄iamur in
ſpe gl̄ie filiorū dei. Nō ſolū aūt ſed ⁊ gl̄iamur ī tribu
latiōibꝫ / ſciētes q̄r tribulatio patiētiā opat. Et Judi.
iij. He ſunt gētes q̄s reliquit dñs vt erudiret iſrael.
Bonauentura.

¶ Poena ſm Aug. li. xiiij. de ciui. dei. ca. xv. eſt diſ
ſenſio anie ab his rebꝫ q̄ nobis nolētibꝫ accidūt. Po
teſt aūt pena eſſe volūtaria (vt ſcribit ſctūs Bonauē.
di. xx. ꝑte. j. q. iij. li. iiij.) triplicr̄. Uno mō q̄r aſſumit
a volūtate impante: ſicut eſt pena pnialis. Alio mō
q̄r ſuſtinet a volūtate acceptāte: ſicut eſt pena marty/
rij: q̄r adeo eis placet ꝙ ab ea liberari nō vellēt. Ter/
tio mō eſt q̄dā pena q̄ ſuſtinet a volūtate tolerāte: vt
pena eſt in patiētia: ita ꝙ ei⁹ oppoſitū eſt in deſiderio
ſicut cū amās ⁊ deſiderās ſanitatē infirmat / ſuſtinet
quidē infirmitatē tanꝙ̄ penā diuinitus inflictā: at/
tamē ab ea liberari ꝓcurat / ⁊ illud miſcđie habet ra/
tionē volūtarij. Hoc mō volūtaria eſt pena purgato
ria in viris iuſtis / q̄ volūtarie eā ſuſtinēt ⁊ deſiderāt
vehement ad patriā venire: ⁊ alios ſibi auxiliū p̄be/
re. Hec Bonauē. Uel pena dicit volūtaria. Uno mō
ſm Gab. di. xiiij. q. j. arti. iij. dub. j. lib. iiij. q̄r patient
paſſa: puta q̄r patiēter tolerat ſine remurmuratione.
Uel ſcđo mō: q̄r accepta vt medicina acris ⁊ afflicti/
ua. Tertio vt cauſata a volūtate tanꝙ̄ a cauſa ꝓxi/
qua ptiali: nō tñ intendēte effectū. Quarto vt cauſa
ta a volūtate tanꝙ̄ a cauſa remota p̄ncipali effectū
intēdente. Sic pena corꝑalis exterior / aut ſenſitiua
interior oībꝫ his modis pōt eſſe volūtaria: q̄r pōt pa
tient tolerari ab alio inflicta: pōt etiā volūtate acce/
ptari: poteſt ⁊ a volūtate vt motrice mēbrorū corꝑis
cauſari. pōt etiā īꝑari: vt legit. iij. Regū. xx. de ꝓphe
dicēte: Percute me. pl̄a vide apud Gab. vbi ſ.

¶ Poena q̄dā eſt materialis / q̄dā ꝑſonalis: vt ſcri
bit Brulē. di. iiij. q. ij. li. iiij. ⁊ eſt q̄ oībꝫ cōuenit ſiue q̄
oībꝫ infligit: ſicut ſūt pene cōſequētes pctm̄ p̄morū
parētū de q̄bꝫ dictū eſt. Pena vero ꝑſonalis eſt illa / q̄
cōuenit alicui ⁊ nō cōuenit altri: vt ſūt pene īfernales

**Penales miſerie** ſunt multe: q̄s p̄morū pa/
rentū culpa traduxit ī po/
ſteros. Has annumerat Gab. lec̄. lxxix. cano. Uide ⁊
eūdē ſer. j. dñice ſeptuageſime. Et alique ſūt ſpūales
alie corꝑales. Spūales q̄ ſe tenēt ex ꝑte potētiarū aīe
q̄ ſūt memoria / intellect⁹ / volūtas. Quarū q̄libꝫ gra
uat ſuis miſerijs. Memoria q̄dē ineptitudie ⁊ labi/
litate. Intellect⁹ hebetudie ⁊ cecitate. Uolūtas ꝓni/
tate ad vitia ad ſeip̄am recuruatiōe. Ex q̄bꝫ oriunt in
aīa multa mala: q̄ videre potes apud Gab. vbi ſ. ſcꝫ
ignorātia / errores / timores / triſticie / ⁊ ſollicitudines
⁊c̄. Corꝑales miſerie mltiplicant: vt diſcraſie / ꝑuer/
ſiones / ⁊ defectus ſenſitiuarū virtū interiorū ⁊ exteri/
orū. Interiorū vt ſpecies manie / melancholie / furie
freneſis. Exteriorū: vt organorū indiſpoſitio / q̄les ſūt
oculorꝫ lippitudo / luſcedo / cecitas / auriū ſurditas /



odoratus ⁊ guſt⁹ tactus: groſſa terreſtreitas. Natu/
rales: vt innumere egritudies / male cōplexiones: na
turaliū viriū deordinationes: monſtroſitates: ⁊ inex
plicabiles cetere calamitates: inq̄etudines ⁊ labores
q̄ nō niſi q̄dam viciſſitudine releuari poſſunt. Quid
em̄ hic (ait Bernar. ſmōe. xij. de diuerſis) niſi labor ⁊
dolor ⁊ afflictio ſpūs. Hinc apl̄us. ij. Corinth. vij.
Nullam requiem habuit caro noſtra: ſed oēm tribula/
tionē paſſi ſum⁹: foris pugne / intus timores. Et ad
Roma. vij. Uideo aliam legem in membris meis re
pugnantem legi mentis mee ⁊c̄. Uide latius apud
Gabrielem vbi ſ.

¶ Poena damnatorū eſt multiplex (vt ſcribit Sco
tus diſt. l. ⁊ vltima q. iij. li. iiij.) Quedam eſt pena da
mni: carentia. ſ. viſiōis diuine. Alia eſt triſticia de ip̄a
pena. Tertia triſticia de culpa nō vt ē offenſiua dei: ſꝫ
vt cauſa pene. Quarta eſt triſticia de igne ꝯtinēte ꝑ/
petuo. Quinta de igne īmutāte ⁊ retinēte intellectuꝫ
damnatorū ī ꝑpetua ꝯſideratiōe ſua. Tertia triſticia
ſcꝫ de culpa inquātum eſt peccatū eſt vermis cōſcien
tie. Penam infernalē eſſe magnā ⁊ multiplicem q̄ ad
omnē ſenſum oſtendit Gabriel lectiōe. xxxiij. canōis
Et he pene dānatis (vt inq̄t ip̄e) ꝑpetuo infligunt ſm
corp⁹ ⁊ aiam. Corp⁹ q̄dem penis varijs q̄ ad oēs ſen
ſus afficit. anima ſm omnes ſuas potētias cruciatur
Nam q̄ ad viſum eſt ibi luminis p̄uatio: qđ delecta/
bile eſt oculis videre: ſm illud Ecc̄s. xj. Dulce lumē ⁊
delectabile eſt oculis videre ſolem. Uñ Matth. xxij.
Ligatis manibꝫ ⁊ pedibꝫ ꝓijcite cū ī tenebras exterio
res. Eſt ⁊ ibi fum⁹ execrabilis Apocal̄. xiiij. Fumus
tormētorū eorū in ſecula ſeculorū aſcēdet. Quo ad au
ditū eſt ibi ſonus horribilis Sap̄. xvij. Sonit⁹ deſcē
dens ꝑturbat illos. Item gemit⁹ miſerabil̄ ⁊ blaſphe
mia execrabilis Apocal̄. xvj. Quo ad olfatum eſt ibi
ſulphur fetēs Apocal̄. xiiij. Cruciabūt igne ⁊ ſulphu
re in ꝯſpectu angelorū. Et in pſ. Ignis ſulphur pars
calicꝭ eorū. Quo ad guſtū abſinthiū amarū cibꝫ. Hie
rem̄. ix. Ecce cibabo ppl̄m abſinthio: ⁊ potū dabo eis
aquā fellis. Itē. Fel draconū pot⁹. Deut̄. xxxij. Uua
eorū vua fellis ⁊ pot⁹ amariſſim⁹: fel draconū vinum
eorū: ⁊ venenū aſpidū inſanabile. Quo ad tactū eſt ibi
ignis vrens. Matth. xxv. Ite maledicti in ignē etern/
nū ⁊c̄. Item vmis corrodēs. de q̄ Eſaie. xiiij. Item be
ſtia mordēs Deute. xxxij. Dentes beſtiarū immittā in
eos. Item eſtus inſuꝑabilis ⁊ frigiditas intolerabil̄.
Job. xxiiij. Tranſibūt ab aq̄s niuiū ad calorē nimiū
Affligit ⁊ aīa ī ſuis potētijs ſenſitiuis ⁊ itellectīs. vñ
ſm Diony. eſt ibi ꝓterua phātaſia: demēs ꝯcupiſcētia / et
furēs triſticia. Torſiōes ⁊ dolores tenebūt eos: ſcribi
tur Eſaie. xiij. Plura Gabriel refert de illis in canōe
vbi ſ. Has penas in q̄dā ſūma numerat Inno. in de
vili. ꝯdi. huma. in fine dicēs. Ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dē
tium / gemit⁹ / eiulat⁹ ⁊ vlulat⁹ / luctus / ⁊ cruciatus /
ſtridor ⁊ clamor: timor ⁊ tremor: dolor ⁊ labor: ardor
⁊ fetor: obſcuritas ⁊ anxietas: acerbitas ⁊ aſꝑitas: ca/
lamitas ⁊ egeſtas: anguſtia ⁊ triſticia: obliuio ⁊ cōfu/
ſio: torſiōes ⁊ punctiōes: amaritudines ⁊ terrores: fa
mes ⁊ ſitis: frig⁹ ⁊ cauma: ſulphur ⁊ ignis ardebūt ī
ſecula ſeculorū. Qui hec fidelr̄ corde ꝑtractat: dicere
pōt cū ꝓpha: Circūdederūt me gemit⁹ mortis: dolo/
res inferni circūde. me. Quis em̄ hec meditās nō an/
xie terret? Sed felix terror inq̄t Gabriel. trāſitori⁹ / q̄
timorē eternū excludit. lect̄. xxxiij. cano. ⁊c̄.

¶ Poena vermis dupliciter pōt accipi: vt ſcribit
Rich. diſt. vlti. arti. v. q. ij. li. iiij.) Aut ꝓprie. ſ. pro ver
me corporali: aut metaphorice. ſ. ꝓ remorſu ꝯſciētie:
q̄ vermis dr̄ inq̄ntū orit ex putredine pcti: ſicut vmis
ex putredine corporali / ⁊ aiam ſpūalr̄ pūgendo affli
git ſic vmis carnē ip̄am pūgēdo vel mordēdo. Utro
q̄ꝫ mō dicunt aliq̄ in inferno penā vmis. ꝓpter h̄ ꝙ di
cit ſcꝑtura Judith vlti. Dabit ignē ⁊ vmes in carnes
eorū. Et Eccl̄i. vij. Uindicta carnis impij ignis ⁊ ver
mis. Uermis aūt puniēs carnē eſt vmis corporalis.
vt eis videt. q̄uis Aug. xij. de ciuit. dei c. ix. dimittit
ſub dubio Utrū in inferno erūt vmes materiales vel
nō: tñ cōiter tenet ꝙ nō. Per penam em̄ vmis intelli
git ſcriptura remorſum ꝯſcientie. q̄ ⁊ ſi p̄ncipaliter et
imediate affligit anima: eo tñ ⁊ ex ꝯſequēti ⁊ ꝑ quan
dā redūdantiā affliget caro. Uñ caro dānatorū afflu/
getur ⁊ ab exteriori ⁊ ab interiori. Aſtipulat Scot⁹
in fine q̄rti libri diſt. vlti. q. vlti. q̄ inq̄t. Pena vermis
erit q̄dam triſticia ⁊ ꝯtinu⁹ remorſus ꝯſcientie. ⁊ iſta
pena erit inequalis ſicut triſticia q̄ nollent iſti mala
pati eſt eis inequalis. De pena vmis dr̄ Petrus de
palude diſt. vlti. li. iiij. Uermis cōſciētie q̄ nō moritur
dicit pena ſpūalis damnatorū / ⁊ remorſus ꝯſcie ⁊ ſyn
dereſis. Oīs q̄ꝫ deſperatio ⁊ obſtinatio ⁊ oīa alia ſpū
alia ſm eundē vmis nomie ꝯtinent: q̄ imediate de pu
tredine pcti generant. Et ꝯcluſiōe. iij. idē ait. Pena
ſpūalis in gehēna maior eſt om̄i corporali. ſ. dolor de
p̄uatiōe maximi boni. Et maior ē pena vmis vt vult
Richar. vbi ſ. q̄ꝫ illa q̄ cauſat ex igne: vt ibi ꝓbat. p̄n
cipali⁹ tamē anima apph̄ēdit ignē ꝑ ſenſum: ⁊ vmeꝫ
ꝑ intellectū. Fortior aūt eſt apph̄ēſio ꝑ intellectū ꝙ̄ ꝑ
ſenſum. Et vmis eſt q̄d magis intelligibile cū ſit q̄d
ſpūale ꝙ̄ ignis / cū ſit q̄d ſenſibile. Uermis etiā p̄ſen
tior eſt anime ꝙ̄ ignis: quia corporalia nō poſſunt eſ/
ſe intra animā ſicut ſpūalia. Malū aūt qđ eſt anime
realiter preſentius / ⁊ ab ea cognitum perfectius ſibi
fortius eſt cōiunctum. Plura Rich. ibi. Uide ⁊ Gre/
goriū. xv. moral̄. ⁊ ſctm̄ Bonauē. diſt. vlti. li. iiij. ar. ij.
q. ij. Et pulcra de vme rodēte ⁊ pungēte. Et q. iij. in fi/
ne dr̄: ꝙ iuſto dei iudicio fiet vt mali ſimul oīa pecca
ta memorent: vt de omnibꝫ cōtinue torq̄ant. ⁊ iō ver
mis eſt ꝓ om̄ibꝫ: ⁊ nō intēſior nūc ꝙ̄ ante. De hac pe/
na dicit Gabriel lectiōe. xxxiij. canonis. Eſt inq̄t ī vo/
luntate r̄morſus ꝯtinuus ⁊ obſtinatio in malo. De q̄
Aug⁹. in de fide ad Petrū. In inferno ⁊ſi ſpūs erit
penitudinis: nō tamē erit correctio volūtatis. Sapi
entie. v. Penitentiam agentes / ⁊ p̄ anguſtia ſpirit⁹
gementes ⁊c̄.

**Poena damnatorū** generaliter eſt duplex. ſ. da/
mni ⁊ ſenſus. Pena damni eſt carentia beatitudis.
Pena ſenſus eſt q̄ infert dolorem. Uel pena dāni (vt
dicit Petrus de aliaco eſt p̄uatio p̄mij beatifici. Pe/
na ſenſus eſt afflictio īfernalis tormēti. Iſtas penas
innuit domin⁹ cū dixit: ⁊ habet Matth. xxv. Diſce/
dite a me maledicti in ignē eternū. Uideat lati⁹ Car
dinalis camera. in p̄ncipio in p̄mū ſentē. Et vt ſcribit
Richar. diſt. vlti. ar. v. q. vlti. li. iiij. in dānatis eſt pe/
na damni ⁊ pena ſenſus. Pena damni eſt ꝑfectiōis /
ad quaꝫ erāt apti nati carētia ex peccato cauſata. Pe
na ſenſus eſt q̄libꝫ pena ex leſiōis apph̄enſiōe ſen/
ſibili ſeu intellectuali cauſata. Prima pena eſſentiali
ter non eſt dolor neqꝫ triſticia: ſed ip̄a apprehenſa vt
ex cōmiſſione vl̄ omiſſiōe ꝓprie volūtatis cauſata eſt
triſticie cauſa. Pena aūt ſenſus eſt eſſentialiter triſti
cia vel dolor: ⁊ inter penas dāni carentia viſionis dei
maxima eſt. Et triſticia cauſata ex illa carentia appre
henſa vt ꝓueniens ex actuali malicia ꝓprie volunta/
tis eſt maxima inter penas ſenſus. quia q̄uis damna
ti nō appetāt videre deum ꝓpter amorē ſue bonitatis

tamen vehemētiſſime illud appetūt ꝓpter deſideriū ꝓprie delectationis. vide latius Richar. ibi. Et intelligendū hoc videt̄ de pena damni / q̄ cōſequit̄ pctm̄ actuale: q2 illā cōcomitat̄ triſticia ⁊ pena vermis ꝓ quāto ſic damnati odiūt carentiā diuine viſionis / in quātū in eis eſt ꝓpter demerita ꝓpria (vt ſcribit Gab. lectiōe. xxxiij. canonis.) pena aūt damni (vt idē dicit) q̄ ſequit̄ originale in pueris ſine baptiſmi ſuſceptiōe decedentibꝫ eſt in ipis pena mitiſſima ſm beatū Augu. in bap. paruulorū. ⁊ hoc forte q2 eā triſticia nō cōcomitat̄. Et de pena dāni intelligit̄ illud Jaco. Qui peccat in vno fact9 eſt oīm reus .ſ. quantū ad penā damni: q2 eque bene priuat̄ aliquis viſione dei pro vno peccato mortali ac ſi commiſiſſet multa peccata mortalia ⁊c̄.

¶ **Poena** virorū crudeliū ⁊ malorū quā habebūt in extremo iudicio erit quadruplex (vt ſcribit Jacobus de Ualencia ſup illō pſ. cxj.) Peccator videbit ⁊ iraſcet̄ dentibꝫ ſuis fremet ⁊ tabeſcet. Primo q2 cū peccator ſuperbus videbit ibi in iudicio miſericordes ⁊ paupes ad gloriā deſtinari quos ipe pſecutus eſt in hac vita ⁊ cōtempſit: tūc iraſcet̄ p̄ inuidia ⁊ vret̄ i corde. Secūdo q2 fremet ex pena ſenſus ad quā deſtinabit̄ ex ſentētia chr̄i. Tertio tabeſcet ⁊ putrefiet in aīa ex pena vermis cū cognoſcet ſe felicitatē pdidiſſe ex ſua culpa. Quarto q2 votū ⁊ deſideriū ſuū erit fruſtratū: quia tunc perdet gloriam mūdi in qua cōfidebat ⁊ illecebras ⁊ delectatiōes illi9: ⁊ ſic torquebit̄ in aīo. Hec ⁊ plura Ualētia.

¶ **Poena** canonica ſm Scotū diſtin. xiiij. q. ij. lib. iiij. ⁊ diſ. xxv. q. j. li. iiij. ⁊ vnitat̄ cū Gab. lectiōe. ix. canonis eſt pena inflicta ꝑ canones ꝓhibēs vel arcens punitū ab aliquo gradu eccl'iaſtico qui alias ſibi liceret. Dicit̄ ꝑ canones: quia aliquādo huiuſmodi pena incurrit̄ ipſo facto. Dū canon fuerit late ſentētie / vt eſt canon. ſi quis ſuadēte. xvij. q. iiij. per quē excōmunicatus eſt q̄ſquis manus violētas iniicit in clericū: etiā ſine iudicis declaratione. Dicit̄ vl' ſm canones: quia aliquādo pena ipa nō ſtatim ipſo facto incurrit̄: ſed ꝑ iudices ſm canonū diſpoſitiones infligitur. Uñ quādo Canon hec vel illa facientē mādat excōmunicari. Dicit̄: qui alias ſibi liceret: q2 non eſt pena laico ꝙ nō cōficiat: quia hoc alias ſibi nō cōuenit: ſed ſacerdoti pena eſt. Neq3 hoī pena eſt ſi volare ꝓhibet̄. Huiuſmodi aūt pene multe ſunt nō fundate ſup aliquā penā vel defectū naturalē: vt degradatio / irregularitas / excōicatio maior / depoſitio / ſuſpenſio ab executione eorū q̄ ſunt ordinis / ſimonia / infamia ⁊ quedā alia huiuſmodi ad iſta reducibilia: vt ſub infamia poteſt cōtineri eſſe publicū peccatorē qd̄ cōtinet multa. ſcꝫ publicū fornicariū / publicū vſurariū ⁊ huiuſmodi. Alique aūt pene canonice fundant̄ ſup defectus naturales. Nō eīm voluit eccleſia quaſcūq3 ꝑſonas defectuoſas miniſtrare in altari. ⁊ merito: q2 in veteri lege ponit̄. Leui. xxj. Lex hoī q̄ habuerit maculā ꝙ nō offerret deo ſuo panē: nec accedat ad miniſteriū eius. Jſti aūt defectus ſūt in quibꝫ eſſet ſcandalū puſillorū: ſi taliter defectuoſus in naturalibus miniſtraret / ⁊ rationabilit̄: q2 q̄cq̄d ſine peccato mortali poteſt dimitti vitandū eſt / ſi exercitio eius oriat̄ ſcandalū puſillorū. Tale ſcandalū orire ſi notabilit̄ defectuoſi in naturalibꝫ: vt mutilati vel horribili infirmitate infirmi vt lepra ⁊ hmōi miniſtrēt in altari. ideo eccl'ia rationabiliter talibꝫ defectibꝫ naturalibꝫ adiunxit penas canonicas. ſ. ꝓhibitiōes miniſtrandi ꝓpter reuerētiā ſacramēti / ⁊ ad vitandū ſcandalū puſillorū. Et iſte ꝓhibitiōes patēt in canone di. xxv. ⁊ ex de corpore vitiatis. Requirit̄ ergo inordinate cōficiēte ablatio oīm horū impedimētorū: q2 habēs q̄dcūq3 iſtorū / ſi cōficit facit cōtra ꝓhibitionē eccl'ie: ⁊ ita mortalit̄ peccat ſi nō ignorat ſe ligatū huiuſmodi pena: vt vult Scotus diſtin. xiiij. q. ij. lib. iiij. ⁊ Gabri. in canone vbi ſ. Qualiter aūt incurrant̄ huiuſmodi pene / ⁊ quali remedio remittunt̄ Legito Scotū diſti. xxv. q. j. li. iiij. ⁊ de penis ſingulis ſuis locis patet.

¶ **Poena chriſti.** Uide in dictione Paſſio chr̄i. ⁊ ſupra tactum eſt.

¶ **Poenoſum** a pena venit. ⁊ dicit̄ plenū pena. vñ ſeptimana penoſa dicit̄ ſm Petrū paludenſem diſ. xvij. q. v. ar. ij. in fine li. iiij. quā vltimā eſſe puto quadrageſime. A pena quoq3 venit pnīa. de qua paulo poſt dicetur.

¶ **Poenitere** dicimus quū q̄ ipi fecim9 / aut q̄ de noſtra volūtate noſtroq3 cōſilio facta ſunt / ea nobis poſt incipiūt diſplicere / ſentētiāq3 i his noſtrā demutamus. Et qm̄ q̄ nobis tedio ⁊ pudori ſunt / pena q̄dā eſſe videnť: vt penitet aliqñ ꝓ tedet accipiat̄. Sane vt dicam9 me penitet. i. pena tenet. Et penitere ſm Sco. diſ. xiiij. q. j. li. iiij. eſt deteſtari vl' odire pctm̄ a ſe cōmiſſū vel diſplicētiā hr̄e de hoc pctō a ſe cōmiſſo: vel penitere eſt vindicare pctm̄ a ſe cōmiſſū. ⁊ hec eſt p̄ma deſcriptio / ⁊ ſuperior ē ſcd̄a. Tertia deſcriptio penitere eſt penā inflictā ꝓ pctō ſuo cōmiſſo gratant̄ acceptare. Quarta deſcriptio eſt penitere eſt penā ſibi ꝓ pctō ſuo inflictā patient̄ ſufferre. lati9 declarat has diffinitiones Scotus. Oīs aūt punitio voluntaria cōtinet̄ ſub aliq̄ q̄ttuor modorū pnīe: ſed ad deletionē cuiuſlibet pctī mortalis actualis poſt baptiſmū cōmiſſi reqrit̄ aliq̄ punitio voluntaria. g̊ ad ei9 deletionē requirit̄ pnīa dicta aliq̄ illorū q̄ttuor modorū. Hec Scotus.

**Poenitentia** capit̄ multiplicit̄ (vt ⁊ colligit frater Oſualdus de Laſko li. iiij. roſa. the.) Primo mō dr̄ deſperatiu9 dolor: ſicut de Juda ꝓditore dr̄ pnīa ductus retulit triginta argenteos. ⁊ de damnatis Sap. v. Penitētiā agētes / ⁊ p̄ anguſtia ſpūs gementes. Damnati aūt penitebūt nō ꝓpter amorē iuſtitie: ſꝫ ꝓpter odiū pene (vt inq̄t ſ. Bona. di. xiiij. pte. ij. ar. j. q. iij. in fine. li. iiij. ⁊ cōcordat Rich. eadē di. ar. iij. q. ij. nō eīm penitēt in ſpe venie: ſed ꝓpter penā horribilē ⁊c̄. Secūdo mō pnīa dicit̄ dolor interior. ⁊ ſm Richar. capitur tripliciť. ſ. ꝓ habitu pnīe. Secūdo ꝓ actu penitēdi. Tertio ꝓ dolore cōſequēte.

¶ **Poenitentia** ſm Gab. di. xiiij. q. j. ar. j. li. iiij. accipit̄ dupliciť. Uno mō ꝓ aliq̄ actu vel habitu penitētis. Secūdo mō ꝓ actu ſacerdotis penitentē a culpa abſoluētis. Primo mō dicit̄ virtus: q2 eſt habit9 virtuoſus / aut act9 exterior vl' iterior a ỽtute ꝓcedēs / vl' ỽtutē generās. Secūdo mō dr̄ ſacr̄m: q2 ſic eſt abſolutio ſacerdotal' efficacit̄ ſignans grām aīam penitētis a pctīs mūdātē. Et pnīa p̄mo mō ſm Aug. dr̄ q̄ſi pene tenētia. ⁊ penitere q̄ſi penā tenere: ⁊ pōt infligi actiue vel paſſiue. Uñ penitētia quādoq3 ſimpliciť accipit̄ ꝓ pena pctī purgatiua / ⁊ nec actiue nec paſſiue. ⁊ hoc mō eſt triſticia cōſequēs diſplicētiā de pctō / ſiue interior a voluntate ſiue dolor in potētia ſenſitiua ſiue etiā aliqua exterior pena corporis afflictiua: vt ieiuniū ⁊ cetera opera ſatiſfactionis. Secūdo modo accipitur penitentia actiue: ⁊ ſic eſt actus huius pene cauſatiuus qui duplex eſt: interior ⁊ exterior. Jnterior eſt voluntatis: ⁊ hic eſt duplex. Unus imperatiuus / qui eſt velle peccatū punire. Alius conſequens



imperiū: ⁊ ē actus elicitus a volūtate / q̄ eſt deteſtatio peccati vel diſplicentia pctī cōmiſſi. qd̄ nihil aliud eſt q̄3 velle nō peccaſſe. Hoc eīm velle ſequit̄ triſticia i voluntate: ⁊ quādoq3 dolor in ſenſu. Et q̄nto iſtud velle eſt intēſi9 / tāto ſequit̄ maior triſticia. Terti9 ē act9 imperat9: ⁊ eſt caſtigatio aliqua ſibi9pi inflicta ꝓ peccatis. ⁊ illo mō eſt ipa cōfeſſio: q̄ eſt cauſa verecūdie. ⁊ opa ſatiſfactiōis / q̄ cauſe ſunt corporalis pene dicuntur pnīa. Tertio mō accipit̄ penitētia paſſiue: ⁊ eſt volūtaria ſufferētia pene ſiue a ſe ſiue ab alio afflicte ꝓ peccato tā interioris q̄3 exterioris. ⁊ nihil aliud eſt q̄3 velle patienter pati penā ꝓ peccato. Et poſſunt illi actus reduci ad q̄nq3: quorū q̄libet dicit̄ pnīa: qui ſe ſequunt̄ q̄dam ordine. Primus eſt velle vindicare ſeu punire peccatū: quē ſequit̄ cōtritio / q̄ eſt deteſtatio vl' odiū peccati. i. nolle peccaſſe. Hūc ſequit̄ triſticia in volūtate: ⁊ quādoq3 dolor in ſenſu vſq3 ad effuſiōem lachrymarū: q̄ nō eſt ꝓprie actus volūtatis ſed paſſio cōſequēs deteſtatōem pctī. Quarto ſequit̄ acceptatio hui9 triſticie ⁊ doloris: q̄ eſt q̄dam cōplacentia q̄ vult ſequi triſticiā ⁊ dolorem: ⁊ cōplacet ſibi in illis. Uñ dicit Aug. Peccator de peccato doleat: ⁊ de dolore gaudeat. Deinde ſequit̄ exterior penalis ſatiſfactio ⁊ acceptio ei9. Et accipit̄ penitētia nō ſolū ꝓ actibꝫ dictis ſed etiā ꝓ habitibꝫ ex eis genitis. Jlli autē actus poſſunt multipliciter variari q̄ntū ad circūſtantiā finis Poteſt eīm q̄s velle vindicare pctm̄ aut ipm̄ deteſtari vel penam acceptare. vl' q2 pctm̄ eſt eterne pene inflictiuū: vel q2 eſt p̄mij impeditiuū: aut q2 eſt inhoneſtū ⁊ bone fame corruptiuū: vel quia dei offenſiuum Et ſm has circūſtantias alias ⁊ alias diuerſificant̄ illi actus. Oēs autē illi act9 habētes aliū finē q̄3 deum / informes ſunt: ꝓ eo ꝙ nō procedūt ex charitate. Sola eīm charitas eſt forma ceterarū ỽtutū. Uide latius Gabrielē nota. iij. vbi ſ. Et ſm diuerſas penitentie acceptiōes varie diffinit̄ penitētia a patribꝫ. Quarum ſeptem recitat Alexā. parte. iiij. q. liiij. membro ij. Magiſter diſtin. xiiij. lib. iiij. recitat aliquas earū. Prima eſt Ambroſij.

¶ **Poenitentia** varie diffinit̄. Uñ ſm Ambroſiū penitētia eſt dolor cordis ⁊ amaritudo aīe ꝓ malis que quiſq3 cōmiſit. Penitētia ſm Auguſtinū de eccleſiaſticis dogmatibꝫ eſt penitēda nō admittere ⁊ admiſſa deflere. Et huic cōcordat Ambro. dicēs. Penitētia eſt mala p̄terita plangere ⁊ plangēda iterū nō committere. Cui etiam cōcordat Grego. dicens. Penitētia eſt ante acta mala deflere / ⁊ flenda nō cōmittere. ⁊ he tres ꝓ vna reputant̄. Tertio penitētia ē correctio male mentis. ⁊ eſt glo. Matth. iij. Magiſter ſic diffinit. Penitētia eſt ỽtus vel grā qua cōmiſſa mala cū emēdatiōis ꝓpoſito plangim9 ⁊ odim9: ⁊ plāgēda vlteri9 cōmittere nolum9. Alias diffinitiōes aliorū recitat Gabriel diſ. xiiij. q. j. ar. j. ſm act9 ſupra dictos: in q̄bꝫ plāgere ⁊ deflere capit̄ ꝓ fletu interiori / q̄ eſt nolle peccaſſe. Penitētia inſup vna diffinitiōe cōueniēti cuilibet dictorū actuum ⁊ habituū deſcribi pōt ſic. Penitentia eſt act9 paſſio vel habit9 homīs ad punitiōem peccati a ſe cōmiſſi volūtarie ordinat9. Dicit̄ p̄mo actus q̄ generaliter accipit̄ ꝓ actu imꝑatiuo. ſ. velle vindicare: aut elicito qui eſt deteſtari peccatū: vel imꝑato / q̄ eſt exterior ſatiſfactiua punitio. Unde penitētia eſt q̄dam vindicta dolētis: vt vult Aug9. ⁊ refert eum paludanus. Dicit̄: vel paſſio ꝓpter triſticiā ⁊ dolorē: imo ⁊ gaudiū qd̄ cōſequit̄ cōplacentiā in triſticia interiori / aut pena exteriore. Nā et ipa paſſio ē ordinata ad punitiōem peccati: q2 intēdit actū acceptatiōe pene ꝓ peccatis. Dicit̄ vel habit9 ꝓpter penitentiā habitualē: ⁊ ita q̄libet habit9 alicui9 quattuor actuū ſup̄ poſitorū dr̄ penitētia. Dicit̄: ordinata ad punitiōem pctī. ad excludendū alios actus circa pctm̄: vt cōplacentiā pctī vel induratiōem in pctō: aut delectatiōem in peccato cōmiſſo. Ordinat̄ aūt ad punitionē: vl' vt cauſa pene vel vt pena ipa: vel vt effectus cōſequēs penam. Dicit̄: volūtarie ꝓpter penā illatam ⁊ a volūtate nō acceptatā. vt cū quis inuite ⁊ nolēter ſuſtinet penā. talis ſuſtinentia nō dicit̄ penitentia / vt hic accipit̄. Accipit̄ eīm hic ꝓ ea q̄ valet ad peccati deletiōem. Dicit̄: a ſe cōmiſſi: q2 punitio aſſumpta ꝓ peccato alteri9 / nō eſt opus penitētie / ſed miſerico2die. Et penitētia p̄ncipali9 p̄dicat̄ de actu ſcd̄o. i. de peccati deteſtatiōe: hoc eſt / nolle peccaſſe. ille eīm ſine alijs ſufficienter diſponit ad peccati remiſſiōem / alij nō ſine eo: vt dicit̄ de cōtritiōe. Origo aūt penitētie ỽtutis effectiua deus eſt (vt ſcribit ſctūs Bonauē. diſt. xiiij. ar. ij. q. ij. li. iiij.) ſed diſpoſitiua a nob. quia q̄ creauit nos ſine nobis: nō iuſtificat nos ſine nobis. Diſpoſitio aūt hoc ordine ꝓcedit. Primo neceſſe eſt dei bonitatem ⁊ iuſticiā cognoſcere: cui diſplicet omne malū ⁊ inordinatio. ⁊ in illa offendit̄: ⁊ nullo mō relinq̄t impunitū ⁊ ſe aliquid feciſſe qd̄ ſue diſplicere debeat bonitati. ⁊ hec ē cognitio culpe: ⁊ ex hoc cognoſcat ſe homo ex diuina ſentētia obligatū ad penā. Neceſſe eſt ſcd̄o cognoſcere dei miſericordiā qua parat9 eſt omī reuertēti ⁊ dolenti de culpa cōmiſſa ſibi remittere ⁊ indulgere. Ex p̄ma cognitiōe generat̄ timor: ex ſcd̄a generat̄ ſpes remiſſiōis: ⁊ ex his volūtas reuertēdi / cōfederādi deo ⁊ ſatiſfaciēdi. ⁊ ꝑ gemitū ⁊ alias penas: ⁊ ſi incipiat facere qd̄ in ſe eſt diſpoſit9 ē ad iuſtificatiōem. Hec ſ. Bona. Uide Gabrielē q. j. dub. vij. li. iiij. Et ſm eūdē ar. ij. cōcl'one. iij. exiſtēti i pctō mortali poſt baptiſmū cōmiſſo / ac de eodē cōſciam h̄nti vel h̄re debēti de potētia ordinata pctm̄ nō dimittit̄ ſine actu pnīe formali vl' ỽtuali. Uñ Luc. xiij. de pctōribꝫ. Niſi pnīam egeritis oēs ſimil' ꝑibitis. Jtē Mar. j. Penitemini ⁊ credite euangelio. Et Act. iij. Penitemini ⁊ cōuertimini vt deleant̄ pctā vr̄a. Et Apocal'. ij. Memēto vñ excideris ⁊ age pnīam ⁊c̄. A pnīa etiā (vt ait magiſter) incepit p̄dicatio chr̄i / Joānis ⁊ aplorū. Jtē Aug. ſup illud pſ. lviij. Nō miſerearis omniū q̄ operant̄ iniq̄tatem dicit. Omnino nulla peccata impunita de9 relinquit. Et dicit̄ ſm potentiā ordinatā. ſec9 eīm eſſe poſſet de potētia abſoluta. Dicit̄: pctō mortali: de venialibꝫ forte nō oportet. Dicit̄: poſt baptiſmū commiſſo ꝓpter pctm̄ origīale qd̄ infantibꝫ remittit̄ i baptiſmo Dicit̄: de eodē cōſciam habēti. i. noticiā vel memoriā: q2 de eo qd̄ oīno nō cogitat̄ pnīa haberi nō pōt. Dicit̄ vel habere debēti: ꝓpter pctā q̄rū ignorātia imputat̄ ad culpā: puta q̄ eſt vincibilis: q2 illa ſine pnīa nō remittunt̄. Dicit̄: vel ỽtuali: quia ꝑ actū vehementē diuine charitatis quādoq3 pōt dimitti pctm̄ ſine penitētia formali. Jn illo tamē actu charitatis eſt penitētia ỽtualis: inq̄ntū in diuina acceptatōe equalet actuali pnīe: ⁊ eā virtualr̄ includit Gabriel vbi ſ. Et penitētia q̄ eſt ỽtus nō eſt ſine cōtritiōe / imo eſt ipa cōtritio: vt ſcribit Gabriel diſt. xvj. q. j. dubio. ij. lib. iiij. Et ſine ꝓpoſito ad nō peccādū i poſterū nō ē digna pnīa: vt idē vult Gabriel diſti. xxij. q. vnica ar. ij. cōcl'one. iij li. iiij. Et penitētia ỽtus timore cōcipit̄: vt ait paludē: diſt. xiiij. q. iij. li. iiij. ⁊ ceteri. Unde eſt illud. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pene. licꝫ in aliquibus bonis concipiatur virtutis amore. Et penitentia vt eſt ſpecialis

virtus eſt ĩ iraſcibili ſm s. Bona. diſt. xiiij. ar. ij. q. j. li. iiij. q̃uis alij aliť ſentiāt: vt ibidē refert Bona. Ricoar. diſt. xiiij. ar. iij. q. j. dr̃ pniam eē ĩ volũtate: ſic in ſubiecto: qꝛ actꝰ eiꝰ q̃ eſt punire ꝓpꝛiũ pctm̃: inq̃ntũ ē ꝯtra iuſticiā legꝭ diuine eſt in voluntate: vide latiꝰ eũ ibi. Aſſentit Petrꝰ de palu. q̃ iō ponit pniam ĩ volũtate diſt. xiiij. q. iiij. li. iiij. qꝛ eſt ps iuſticie: q̃ eſt in voluntate: qꝛ eligere eſt actꝰ voluntatꝭ/⁊ pari rõne reſpuere fugere: ⁊ deteſtari/qđ eſt pnie ꝓpꝛius actꝰ. Ũn pnia (vt ſcribit Brule. diſ. xiiij. li. iiij. q. iij.) ñ eſt niſi q̃dā iuſticia: q̃ pctõꝛ vult vindicare pctm̃ ꝯ legē a ſe ꝯmiſſũ ⁊c.

gioſo eligere ſepulturā. Et locū magis religioſuʒ vo/
co illū in q̄ frequētius ⁊ honeſti9 ⁊ deuoti9 ꝓ viuis ⁊
mortuis celebrat̃. ⁊ talia ſūt loca in q̄bꝫ ſunt ꝯuent9
religioſoꝝ fratrū. ex̄ de ſepultur̃. Cui ſubſcribit Ger
ſon pte. ij. de ſolicitudine eccl'iaſticorū. ꝑticula. xxiij.
cū dr̄. Solicitudo pia ꝯferētis tpalia: pōt cum bono
corde nedū in ſuffragijs ꝯditiōes apponere. ſed cū h̃
loca certa ⁊ honorabilia ſuę ſepelitiōis eligere: cū ap
pēſione inſignioꝝ ſeu tituloꝝ ꝯſcriptiōe iuxta ſui ſta
tus qualitatē. Sic de pōpa funeraliū dicere: h̃ ⁊ ſan
ctiſſimi p̄res curauiſſe inueniunt̃. Nā pie recogitata:
cedūt oīa ad honorē magnificū dei ⁊ eccl'ię tam mi
litātis q̄ʒ triūphantis. ⁊ ad fidē/ ſpem quoqʒ reſurre
ctiōis aſtruendā/ ⁊ increduloꝝ ꝯfutationē ꝓficiunt.
Hęc Gerſon. Eccl'ia aūt ꝓhibet ſepulturā q̄buſdaʒ.
Primo: excōmunicatis. Scđo: māifeſtis vſurarijs.
Tertio: q̄ in torneamēto moriūt̃. Quarto: raptoribꝫ:
qui ꝑtinacit̃ cū poſſint in vita nō ſatiſfaciūt: ⁊ in mor
te nō poſſūt. ex̄ de raptoribꝫ. c. ij. Quinto: blaſphema
toribꝫ dei ⁊ ſctōꝝ. ex̄ de maledicis. c. ij. Sexto: qui nō
cōicant ſemel in anno/ nec ꝯfitent̃. ex̄ de peni. ⁊ re. c.
Omis. niſi ſigna ꝯtritiōis oſtēdāt. Septimo: q̄ mo/
rit̃ in pctō mortl'i notorie. xiij. q. ij. cū grauis. Octauo
noiati int̃dicti: ⁊ h̃ ſub excōicatōis pęna. Nono illi cui
eſt interdict9 ingreſſus eccl'ię. ex̄ de ſen. excō. Is q̄. li.
vj. Decimo: illi qui ſacerdoteʒ tutorē filijs ſuis inſti/
tuūt. lxxxviij. di. Neqʒ. Undecimo: iudeis vel paga/
nis. de ꝯſecratiōe. diſt. j. c. eccl'iam. Duodecimo: cor/
poribꝫ excenteratis vl' diuiſis: qui ſi de facto ſepeliūt/
tur: debēt exhumari ſi diſcerni pñt: al's non. Similit̃
pagan9 vel puer qui extrahit̃ de ventre matris mor/
tuus: nō ſunt in ſacro loco ſepeliendi. Si vo mortua
matre puer viueret: deberet ſcindi mat̃ ⁊ puer bapti/
zari: ⁊ ſic in ſacro loco ſepeliri. Hęc frater Oſuald9
colligit li. iiij. roſa. theo. In cimiterio itaqʒ chr̄ianoꝝ
nō niſi chriſtian9 baptizatus ſepeliri debʒ: nō tñ oīs:
vt dictū eſt. De quo legere potes lati9 Guil. ep̄um in
rōnali diuinoꝝ. li. j. de cimiterio. in fine.

**Seraphin** interp̄tat̃ incēdiū: ⁊ h̃ eſt ꝑ charitatē.
vt ſcribit ſan. Bonauē. di. vj. q. j. lib.
ij. Et nomē Seraphin (vt idem dr̄ di. ix. circa textuʒ.)
q̄nqʒ legit̃ in ſcriptura per n: ⁊ tūc eſt pl'alis numeri
⁊ neutri generis: ⁊ ſcat cetū angeloꝝ illius ordinis.
Quādoqʒ ſcribit̃ per m: ⁊ tūc eſt pl'alis numeri maſ.
generis: ⁊ ſignat angelū iſti9 ordinis. Et ſeraphin (vt
habʒ Magiſter diſt. ix. ij. ſent̃. nō ſoluʒ in charitate:
ſed etiā in ſciētia p̄eminent. Et eſt ſup̄mus angeloꝝ
ordo ſeu chorus ſeraphin: qui totus ardēs ſiue incē/
dens ſm Dionyſiuʒ interpretat̃. c. vij. eccl'iaſticę hie/
rarchię. De quo videat̃ dñs p̄poſit9 Gabri. lectione
xviij. canōis. Eſt quidē in angelis ardor iſte: amor ſcʒ
ſeraphic9: qđ eſt ſuperferuid9 ⁊ holocauſte purgati/
uus. vt ſcribit magr̄ Joannes Gerſon parte. iij. ſuꝑ
Cātico canticoꝝ ſinpſalmate. j. ꝓprietate. iiij. eſt in
ſingulis etiā beatis: quibꝫ eſt vna vox letantiū/ ⁊ vn9
ardor cordiū. ꝓpterea dicūtur lapides igniti. Preci/
pue tamē ⁊ in excellētia ſeraphic9 ordo poſſidet hūc
ardoreʒ. ꝓpterea nec ipē a ſcientia ſicut Cherubin: nec
Cherubin ab ardore nominat̃. q̄ʒuis abſqʒ vlla du/
bitatiōe ⁊ Seraphin cognoſcat/ ⁊ Cherubin ardeat.
ſic ⁊ voluntas cognoſcit per intellectū/ ⁊ ardet ꝑ vo/
luntatem intellect9. Hęc magiſter Joannes Gerſon
Cācellarius parrhiſieñ. ⁊c̄.

**Serenitas** q̄ntes aeris. ſm ſctm̄ Thomā ſuper
lib. Metheo. v. A quo ſereno. id eſt
tranquillo. Trāſfert̃ ⁊ ad animū. vñ mentis ſereni/
tas dicitur tranquillitas.

**Sermo** idē eſt qđ loq̄la. Dr̄ aūt a ꝯſerēdis ſimul cōpoſitis ⁊ ꝯtextis ꝟbis. Hinc ſermocinoꝛ .i. loquoꝛ. ⁊ ſmocinatio/ collocutio. Ad h̄ aūt nobis datꝰ eſt ſmo: vt dr̄ Petrꝰ de pal'. di. j. q. iiij. li. iiij. vt ꝑ iſto fiant mutue volūtatis iudicia. Et vt dr̄ Aug. Liberis ꝟbis vtunt̄ phi: ⁊ in rebꝫ ad intelligendū difficillimis offenſionē piarū auriū nō ꝑtimeſcūt. Nob aūt theologis vt dr̄ Gerſon ꝑte. j. ſmo. ꝓ vіagio regꝫ rhomanoꝝ/ ad certā regulā loq̄ fas eſt. Illud deniq3 vulgatū fundamētū in Ariſto. q̄ ſmones accipiēdi ſunt ſm materiā ſubiectaꝫ vn̄ moral' ſnia ſumit̄. De q̄ lati' legito Gerſonē. Et ibidē ſmones dānant̄ qui nō ſolū textibꝫ ſacris/ ſed ⁊ gloſiꝫ vſui eccl'ię ꝯtrant̄. Idē. De paſſionibꝫ anię ſmones paſſionales aſſumi pn̄t: vt inducant̄ hoīes ad ꝟtutē/ veritate tn̄ ⁊ diſcretiōe ſꝑ obſuata. Laudat Ariſto. in rhero. illa iudicia apud quę ꝓhibent̄ dici ſmones paſſionales: ⁊ vbi veritas nuda ꝓponi iubet̄. Recte id q̄dem (ait Gerſon) ſi nulla ex pte iudex q̄reret̄ aliunde diuerti a tramite recto iuſticię: queadmodū ſi nullos vnq̄ȝ fieri cōtingeret ꝑalogiſmos: ars d̄ ſophiſticis ⁊ elencis fruſtra eſſꝫ. Sꝫ cū ꝑſuaſiones paſſionales q̄tidie fieri cernimus/ aduerſus ꝟitatē tam ꝑ noſipos in q̄bꝫ habitāt hmōi paſſiōes ex corruptela peccati: q̄ȝ ꝑ alios q̄s ꝓhibuerit. Sicut arguit Augꝰ. iiij. de doctrina chr̄iana. Quis ῑnq̄ȝ ꝓhibuerit eloquētiā ſeu ꝑſuaſionē rhetoricā induci licere ꝑ defenſione ꝟitatis/ ⁊ ꝑ ſua in cordibꝫ hūanis plātatione vt libēter ⁊ obediēter audiat̄ veritas aduerſus palliatā ⁊ fucatā falſitatē. hęc magiſter Joannes Gerſon ⁊c̄.

¶ **Sermo verus.** Uide in dictiōe/ Ueritas. ⁊ ibidem/ quid ſermo falſus.

¶ **Sermo tropicus.** Uide infra ī dictōe/ tropus.

¶ **Sermo theologicus** (vt ſcribit ſan. Bonauē. di. xj. ar. ij. q. j. lib. iij.) debꝫ eſſe catholicꝰ ⁊ vſitatꝰ ab intellectu nō diſſonꝰ: ⁊ rei de q̄ loq̄mur ꝯſonꝰ. quare iſte ſermo non admittit̄ a doctoribꝫ theologię cēter. Chriſtꝰ ſiue filius dei eſt creatura: niſi determinet̄. Cū ſancti dicūt chr̄m eſſe creaturā: h̄ dicūt ſm hūanam naturā: ⁊ ꝟe loq̄mur: nō tn̄ oportet ſmonē illū trahi ad cōem vſum: ne videat̄ ꝯſentire errori Arrij: qui dixit filiū dei eſſe creaturā. Et ſmo theologicus pt̄ dici ſermo diuinꝰ/ vl' de deo: q̄ ſatis venuſtatis hꝫ etiā vbi vilibꝫ verboꝝ pāniculis operit̄: queadmodū veritatē dum de terra orta eſt nō auro vl' ſericis/ ſꝫ pāniculis ꝟgo mat̄ inuoluit. vt dr̄ Gerſon pte. ij. ſer. de oratiōe facto in ꝯcilio ꝯſtantieſi ⁊c̄. Sit ſmo (ſm eūdē) agilis/ expeditꝰ/ bonis aſſociatꝰ: patiēs/ benignꝰ/ liber ⁊ nō ſeruiliter alligatꝰ: amicabilis/ modeſtꝰ/ humilis: ſubditus. hęc em̄ eſt gr̄a in chriſto ieſu ⁊c̄.

**Seruus** dr̄ qđ in bello ſerui nō necabant̄/ ſꝫ viui ſeruabant̄. ⁊ capit̄ mō ꝑ famulo. Seruoꝝ regulā ponit Gerſon tracta. de mō viuēdi oīm. Serui (inq̄t poſt Paulū apl'm) obedite dn̄is carnalibꝫ non ad oculū ſeruiētes q̄ſi hoībꝫ placētes: ſed in ſimplicitate cordis timētes deū: ſciētes q̄ a dn̄o accipietis retributiōeꝫ hereditatis. j. Pet̄. ij. Serui ſubditi eſtote in oīmi timore dn̄is n̄ris nō tm̄ bonis. Itē ſm eūdē dicunt̄ ſerui q̄ carēt clara ꝓpagatiōe/ vl' deficiūt in induſtria. nec habēt amicoꝝ ꝓmotiōes: aut q̄s dn̄i ⁊ ꝑncipes nolūt honorare vel ditare vl' nobilitare. tales dicunt̄ (inq̄t Gerſon tract̄. de nobilitate) ſerui naturales/ aggreſtes vl' obſcuri vl' ruſtici. Determinat Phus. j. Polit̄. illos hoīes naturalr̄ eſſe ſuos ⁊ ignobiles. qui deficiūt in ratiōe ⁊ corꝑe robur habēt: queadmodū nobilitas cōſiſtit in clara ⁊ illūinata rōe licet corpus ſit debile. de quo dr̄ cōſilio pollet: cui r̄ tn̄ natura negauit. Dicunt̄ ⁊ ſui q̄ vitijs auaricię/ luxurię/ ſuꝑbię numinis ⁊c̄. ſuiūt. Hinc Cice. in paradoxis dr̄. Oēs ſtultos oēs ꝑfidos/ oēs deniq3 improbos: licet ſint reges ſuos ⁊c̄. Un̄ Ambro. lib. de vita beata. Seruit q̄cunq3 vl' nutu frangit̄/ vl' delectatiōe irretit̄/ vl' cupiditatibꝫ ducit̄/ vl' indignatione exaſperat̄/ vel merore deijcit̄. ſeruilis em̄ eſt oīs paſſio. ⁊ Jo. viij. Qui em̄ facit pctm̄/ ſeruꝰ eſt peccati. Et Auguſt. li. iiij. de ciui. Bonꝰ etiā ſi ſeruiat liber eſt: malꝰ autē ⁊ ſi regnat ſeruꝰ eſt: nec eſt vnius hoīs/ ſed qđ grauius eſt tot dominoꝝ/ quot vitioꝝ. Et Hiero. in epiſtola ad Simplicianū. Eſt ſapiēti ſuire libertas: qui autē ſeruit cupiditatibꝫ ſeruꝰ eſt. Et ſm Ariſto. j. Polit̄. Dupl'r dr̄ ſeruus. Uno modo ſm naturam. Alio modo ſm legē poſitam ⁊c̄.

**Seruitus** eſt multiplex (vt ſcribit Gab. diſtin. xv. q. v. ar. j. lib. iiij.) Eſt em̄ ſeruitꝰ dei. de qua dr̄. j. Corinth. vij. Qui liber vocatꝰ eſt/ ſeruus eſt chriſti. Precio em̄ empti eſtis (quo p̄cio Petrus oſtēdit/ ꝑcioſo ſanguine immaculati. j. Pet̄. j. Hęc ſeruitꝰ ſumma ingenuitas eſt: vt ait Agathes Quintiano. Huic ſuitio diuino non repugnat obſequiū hoīs: ſiue ſeruitꝰ corꝑalis/ ſed ſeruitꝰ ſpiritualis: q̄ eſt ſeruitꝰ peccati: vt ſcribit ſerſis Bonauē. di. xxxvj. lib. iiij. circa textuꝫ. Hęc ſeruitus ſūma eſt libertas cū ſit deo: cui ſeruire regnare ē. Glo. Roma. j. Cuius agi frenis ſūma libertas eſt. Boetiꝰ de ꝯſolatiōe. Cuiꝰ ſuitute gloriabat̄ theologizās agathes. Sūma inq̄ens ingenuitas iſta eſt in qua chriſti ſeruitꝰ comꝓbat̄. De qua videat̄ ⁊ mgr̄ Joānes Gerſon pte. ij. in recōmendatōe licentiādoꝝ/ in Decretis facta parihiſijs. Alia eſt ſeruitꝰ peccati. De qua Joan. viij. Qui facit peccatū/ ſeruꝰ eſt peccati. Et Rom̄. vj. Non regnet peccatū in veſtro mortali corꝑe. ⁊ de vtraq3 dr̄ ibidē. Serui eſtis ei cui obediſtis ſiue peccati in mortē/ ſiue obeditiōis ad iuſticiaꝫ. Et ſeruitꝰ peccati eſt peſſima. Tertia eſt ſeruitꝰ qua hō ſuit homini. De qua Apl's ad Eph̄. vj. Serui obedite dn̄is veſtris carnalibꝫ cū tremore ⁊ timore in ſimplicitate cordis veſtri: ſicut chriſtꝰ. nō ad oculuꝫ ſeruiētes. Et deſcribit̄ ſic. Seruitꝰ eſt inſtitutio iuris gentiuꝫ qua quis dn̄o alieno ꝯtra naturā ſubijcit̄. Et dr̄: inſtituta iure gentiū: nō q̄ ius gentiū eam inuenit/ ſed q̄ eaꝫ approbauit. Et hęc ſeruitꝰ moꝛe ciuilis eſſe dr̄: vt inquit Petrꝰ de pal'. in. iiij. di. xxix. Et de ſeruitute videre potes ⁊ fratrē Pelbartū li. ij. roſa. theol'. ⁊ Guil. ſcotiſ. diſt. xxxvj. li. iiij. Et ſan. Bonauē. di. xliiij. q. penul. lib. iiij. Et ꝯtrahit̄ hęc vltima ſeruitꝰ quadrupl'r. Primo ex neceſſitate. vt cū q̄s naſcit̄ de ſerua niſi cōſuetudo vel ſtatutū habeat aliđ: ſicut eſt hodie q̄ natus ex ancilla nō ē ſeruus. ſi pater/ eſt liber. Scđo ſit ſeruꝰ aliquis iure gentiū: dū capit̄ in bello iuſto auctoritate ꝑncipis indicto. Tertio ex delicto: vt cū libertus eſt manumiſſus ꝓpter ingratitudinē: reducit̄ ad ſeruitutē. Uel cū alio modo a legē ꝑ peccato imponit̄: vt raptor puellę ſit ſuus eius. Sic deferēs ꝓhibita ſaracenis/ ſit ſeruꝰ capientiū euꝫ. Quarto ex ꝓpria volūtate: vt cū maior viginti annis ſciēs ſe liberum/ cōſentit venditori vt ſe vendat: ⁊ participat de p̄cio. Quinta eſt ſeruitꝰ quę ſequit̄ culturā terrę: quę largo vocabl'o ⁊ īꝓꝓe dr̄ ſuitꝰ. Et huic ſuituti ſubiecti dicunt̄ aſcripticij vel originarij: vt ſunt homies ita aſcripti terris colendis q̄ nō poſſūt a cultura recedere ſine dn̄orū voluntate. nec poſſunt vendi ſine gleba/ nec gleba ſine illis. Et dicūtur aſcripticij: quia aſcripti ſunt ſiue deputati ad culturā. Et dicūt̄ originarij: q̄ a ſua origine tales ſunt. Hi q̄nq3 coloni dicunt̄/ hi a legitimis actibꝫ nō repellūt̄: niſi q̄ ad ordines nō admittunt̄. hęc Gab. di. xv. ar. j. li. iiij. De ſeruis ⁊ ſuitute pl'a habēt̄ in ſūmis q̄ h̄ ꝑtrāſeūt̄. ⁊ quō differūt famulꝰ vl' ſeruꝰ ⁊ vernaculꝰ. vide in dictiōe: (Famulus.

**Seuitia** qđ ⁊ cū diphthōgo ſcri bit̄: idē eſt qđ crudelitas. De qua in dictiōe/ Crudelitas dr̄. Hęc ⁊ ſęuitudo dr̄. Hinc ⁊ ſęuie/ crudelit̄. Et ſęuꝰ q̄nq3 dr̄ magnꝰ/ q̄nq3 crudel': nōnunq̄ȝ iratꝰ. Et ſeuio/ iraſcor vl' crudelitatē exerceo. De q̄ apud grāmaticos ⁊ poetas videatur. Seuum ſine diphthōgo: pinguedo eſt cornigeroꝝ: dūtaxat q̄ in vna pte dētata ſūt: ⁊ q̄ in pedibꝫ talos hn̄t. Biſulcauo q̄q3 ſciſſos pedes in digitos hn̄t ⁊ carēt cornibꝫ: nō ſeuū/ ſed adipē habēt q̄ ꝯcretꝰ eſt: ⁊ quū refrixit: fa (cile frāgit̄ ⁊c̄.

**Seueritas** eſt virtus inflexibilis circa inflictionem pęnaꝝ q̄n recta rō req̄rit. ſm ſan. Tho. ij. ij. q. clvij. ar. ij. Seuerus aliquādo ſcat grauē ⁊ cēſoriū: ⁊ dr̄ [illegible] ſꝑ verꝰ nec vlla gratia aut illecebris mutabil'. Aliq̄n ſcat aſperū/ trucē. interdū ſęuū implacabilē: nōnunq̄ȝ triſtem ſolicituꝫ. A q̄ ſeueritas/ grauitas/ ꝯſtantia/ aſꝑitas: triſticia. De quo apud grāmaticos videat̄.

**Sexus** (vt ſcribit Brulefer di. xvj. q. v. li. ij.) ē differentia accidētalis qua mas differt a fęmina. ⁊ ecōtra.

**Si.** ꝯiunctio ſolet capi tripl'r vt ſcribit Pelbartꝰ ⁊ Guil. ſcotiſ. Uno mō pro quia: ita accepit Catho. Si deꝰ eſt animꝰ nob vt carmina dicūt. Et. iij. reg. xvj. Si deꝰ eſt deꝰ/ ſequimini euꝫ. ⁊ ſi ſcp̄tura ſacra eſt vera/ peribit oīs malꝰ. ibi capit̄ ſi/ ꝑ q̄a. i. q̄ ſic ē ⁊c̄. Scđo accipit̄ ꝑ nō pt̄. Ipſi ꝟo nō cog̃uerūt vias meas q̄bꝫ iuraui ī ira mea: ſi introibūt in requiem meā. i. nō introibūt. Et illud. Si eſt malū in ciuitate qđ dn̄s nō fecerit. Tertio mō accipit̄ vt notat ꝯditionē. ⁊ hic dr̄ ꝓpoſitio hypothetica ꝯditionalis. Sicut illud Joan. xiiij. Si quis diligit me/ ſermonem meū ſeruabit ⁊c̄.

**Sicut** q̄nq3 eſt nota ſil'itudinis/ ⁊ nō equalitatꝫ: vt eſt ibi. Fulgebūt iuſti ſicut ſol. quia (vt ſcribit Rich. diſ. xlix. ar. iiij. q. vj. li. iiij.) Lux corꝑoꝝ glorificatoꝝ alioꝝ a corꝑe chr̄i: erit q̄dā ſil'itudo ſeu imitatio lucis ſolaris ⁊c̄. Et vt ſcribit Occam. xviij. ꝯcluſione ſui Cētilogij. Et poſt eū Gab. in p̄mo. diſ. xxx. q. iiij. ⁊ q. vnica. diſt. vj. lib. iij. Sicut/ non dr̄ ſꝑ oīmodā ſil'itudinē. vt eſt illud Athanaſij. Sicū aīa rōnalis ⁊c̄. Eſt aūt in hoc ſil'itudo: q̄ ſicut anīa ⁊ caro ꝟe ſunt in hoīe ⁊ realit̄: ita natura diuīa ⁊ hūana ꝟe ⁊ realit̄ ſunt in chr̄o. ⁊ ſicut vnita ſunt int̄ ſe in homine. Anīa quoq3 tanq̄ȝ actꝰ ⁊ forma ꝑficit materiā ⁊ ꝯſtituūt humanā naturā: ita ⁊ in chr̄o. Itē ſicū anīa ⁊ caro in hoīe dant toti denoīationē hoīs: ita aīa ⁊ caro dant eandē denoīationē ꝟbo: ita q̄ ꝟbum ꝓpt̄ animā ⁊ carnē in quibꝫ ſubſiſtit verꝰ eſt hō. Pōt etiā habere ⁊ hūc intellectū. ſicut anīa rōnalis ⁊ caro ſunt ꝟe vnita in hoīe: ita deꝰ. i. ſuppoſitū diuinū hn̄s in ſe ꝟe ⁊ realiter hūanā naturā: aīam ſcꝫ ⁊ carnē. Propt̄ qđ dr̄. hō vnꝰ eſt chriſtꝰ. In hoc aūt eſt diſſil'itudo: quia anīa ⁊ caro ꝯiūcta ⁊ hoc in alijs a chr̄o ſunt perſona. hoc eſt cōpoſitū ex eis/ hūana. ſ. natura eſt ꝑſona. nō ſic in ꝟbo. Item anīa ⁊ caro ſunt ptes hoīs quē denomināt: nō ſic in ꝟbo. Nō em̄ ſunt ptes ꝟbi: qđ ab eis denominat̄ hō. Occam ⁊ Gabri. vbi. ſ.

**Signum** ꝓ̃tum eſt in ſe importat aliq̄d manifeſtum q̄ ad nos: quo manuducimur in cognitionē alicuiꝰ occulti. ſm ſan. Tho. iiij. ſen. di. j. q. j. art̄. j. Signū ꝓprie ē q̄dā parua ſcatio indicās rōtius rei q̄litatē: ſic dicimꝰ pudoris ſignū. Eſt etiaꝫ ſignum opꝰ ſculptile/ ⁊ ad alicuiꝰ aīalis effigiē formatū. Un̄ ⁊ ſigna ⁊ tabulas ꝑ celatꝫ opibꝫ atq3 depictis dicimꝰ. Hinc duodeci ſigna cęleſtia q̄ in zodiaco ſūt quia noīe quorūdā aīaliū ſunt. vt aries/ taurus/ gemini/ cancer/ leo/ virgo/ libra/ ſcorpio/ piſcis ⁊c̄.

¶ **Signa** bona ⁊ mala hoīm in ſtatu ſalutꝫ ⁊ damnatiōis exiſtētiū ponit Gerſon pte. iiij. trac. de ſignis bonis ⁊ malis. Unū ſignū malū: eſt velle ꝑ ſe ipm ſemetip̄m cognoſcere/ ſpernēdo alioꝝ ꝯſiliū: q̄ſi meliꝰ cognoſcat ſe ⁊ ſua q̄ȝ alius q̄cūq3. Alteꝝ ſignū ſimile huic: eſt negligere regulas euāgelicę legis/ aut etiam rectę ratiōis. Alteꝝ: eſt multiplicare nimis ꝯſilia: dū nō quieſcit hō in hoc vel in illo cōſilio. Alteꝝ: duꝫ hō diligit laudantes ſe: ⁊ fingit inculpātes ſe/ ſeu redarguētes. Alteꝝ ſil'e ſignū: ē q̄rere ſe ſuꝑ oīibꝫ rumoribus dictis de eo aut ꝑſumptis: excuſare laudes ſuas ꝑferendo/ ⁊ alios deijciēdo: quaſi ſit hoc in vtilitatem reipubli. nō in ſuā ſuꝑbiam. Alteꝝ eſt velut oppoſitū p̄ori: negligere penitus famā ſuā/ ſic viuendo quaſi cunctorum verba vel iudicia deſpiciat. quod vtiq3 ꝓcedit ex falſa libertate/ vl' incōſulta patientia: dū nō facit hō qđ in ſe eſt ꝑ ꝯſeruatiōe famę ſuę. Alteꝝ eſt p̄ponere iudiciū ſuū nouū p̄riſcis ſctōꝝ patrū inſtitutis: q̄ſi nō habuerint noticiā vel experientiā talē qualē ip̄e hꝫ. Et h̄ ſignū maxime fallit ī moralibꝫ ſeu agibilibꝫ: in quibꝫ ſcti p̄res diligētiſſime laborarūt: quoꝝ ſnię magis imitādę ſunt. etiā vbi non apparet manifeſta rō. Signū maluꝫ: feruor inquietus ⁊ qui male cuncta miniſtrat impetus. ⁊ quia vitiū p̄ceps: virtus tarda ⁊ matura. Signū malū: ſcrupuloſitas nimia ⁊ cōturbata. hęc ꝓuenit ex negligētia nolēte q̄rere/ vel ex ſuperbia nolēte accipere ſapientioꝝ conſilia: nec conſcientiā ſuā captiuare vt eiſdeꝫ cōformetur. Signū malū: vtrobiq3 p̄ſumptio/ ⁊ deſperatio de diuino auxilio. p̄ſumptio renuit cooperari dō. deſperatio aūt nō expectat cooperationē dei ſecū. Medium iter: eſt ſic operari vt totū gratię diuinę tribuatur. ⁊ ſic de gratia cōfidere q̄ nō deſerat̄ operatio faciēdo quod in ſe eſt. Signū maluꝫ: gloriatio in infirmitatibꝫ ⁊ defectibꝫ: p̄ſertim culpabilibꝫ: quaſi deus mittat eos ne magnitudo virtutū extollat mētem: ⁊ ob hoc velit ſuꝑbire vnde humiliari d̄buerat. ob hoc preterea negligēter agere ad tollendū defectꝰ huiuſmodi: nec ſuper his debite penitere. Signū malum: offerre deo opera ſua vel gratias quaſi dignuꝫ aliq̄d habeāt ex perſona operātis: ⁊ nō potius ſint fęditates quaſi pānus menſtruatę/ aut ſicut panniculi leproſoꝝ: qui per continuā ſaniem defluentē ſordidantur. Signū malū: quęrere nimis cōſolatiōes ſpirituales: ⁊ de carū carentia murmurare/ vl' impatientem eſſe. hoc eſt: de ꝓuidentia diuina minꝰ humiliter ſentire. Signuꝫ malū: poſt peccatū ſic iraſci ſibi/ ſic indignari quaſi fuerit ī poteſtate ſua ſtare. ꝓterea nō ſtatim reſurgere ad auxiliū ex alto/ ſed in ſe ip̄o miſere cōtabeſcere. Signū malū: deſidię poſt peccatū ſic ſibi blādiri/ ſic negligere: quaſi ſit humanū peccare: nec hoc magnip̄ēdere: p̄ſertim quia patꝫ ſtatim medicina ꝑ ꝯtritionē vel ꝯfeſſionē. hoc eſt peccare in ſpe cū taliꝫ abſtinere debeamus a pctō/ q̄ſi nūq̄ȝ pateret remiſſio: vt in morte. Signū malū: pctm̄ ideo fugere q̄ poſtea ꝯfitēdū: ⁊ magꝫ dolere ſuꝑ h̄ q̄ȝ ſuꝑ offenſa dei. prępoṅit̄ itaq3 honor ꝓprius/ honori diuino. Signum maluꝫ: deſperatio de alioꝝ ſaluatiōe: q̄ſi nihil vtiliter fiat eis vel p̄dicando/ vl' monendo. hoc enim

redundat in iniuriā medici oīpotētiſſimi/ſapiētiſſimi ⁊ optimi. Signū malū: colletari vl' ridere ſuper alioꝝ defectib᷒. Nō eñ hoc fieret ſic ab eo q̄ ſe iudicaret ſil'r ⁊ magis deliq̄ſſe. Signū malū/indignatio ad pctōres: quib᷒ debet̄ cōpaſſio. Orit̄ nimiꝝ hec indignatio a reputatiōe iuſticię ꝓprię: quaſi nūq̄ȝ cū p̄petrare ſil'ia cōtingeret. ad idem ſpectat correctio cū exprobratiōe vel execratione ⁊ ꝯtumelia. Signū maluȝ/velle carere tētationib᷒: vtpote velle ſic in mēte ⁊ corpe q̄etari: velut innocēs Adam. Signū malū: iudicare ſe eſſe in grā cū certitudine: niſi ꝑ reuelationē clarā habeat̄: cū ſufficiat ꝓ ſtatu p̄ſenti ꝓbabilis coniectura. Neſcit q̄ppe hō an amore vl' odio dignus ſit. Neſcit eñ hō an opa ſua acceptant̄ corā dō. Signuȝ malū: ſtudere ꝯtemplatiōi vl' ad curioſitatem ſciēdi q̄d eſt/vl' ad ſolā voluptatē: ⁊ nō p̄ncipal'r ad humilitatē/⁊ ad dei dilectiōeȝ ſincerī᷒ exercendā. Signuȝ malū/iactantia d̄ ſtabilitate in hoc vl' in illo bono ꝓpoſito q̄ dicere facit. Mallem mori/mallē oīa mala pati q̄ȝ hoc malum facere/vl' ab illo malo reſilire. Nollem hr̄e totū mundū/⁊ hoc bonū amittere. Signū malū/gloriatio de cōſeruatiōe exterioris hoīs ab occupationib᷒ pctōꝝ carnaliū/ſi derelinquit̄ interior hō in ꝯculcationē viciōꝝ ſpūaliū. Signū malū: affectio carnalis ad aliq̄d: dū tractādum eſt ſinceruȝ dei negociū: queadmodū ſcȝ in ꝯfeſſione habēda libētius audit̄ pulcher q̄ȝ turpis/iuuenis q̄ȝ ſenex/mľier q̄ȝ hō/pcm̄ carnale q̄ȝ ſpūale ⁊c̄. Signū malū: p̄dicare/vl' quicq̄ȝ aliud laudabilit̄ facere: dū arridet fauor ⁊ plauſus: ⁊ dū cupiditas lucri mouet/nō v̄itas. Signū malū: ſi q̄s mauult rē aliquā ꝑ ſe fieri minus bene/q̄ȝ melius ꝑ alteꝝ: niſi ratio altera ꝯcurrat ꝓprij meriti/vel exercitatiōis v̄tuoſę. Signū vniuerſalit̄ maluȝ: eſt q̄d ꝯtradicit ſigno chriſti. Hec ſigna latius declarat mgr̄ Joānes Gerſon vbi.

Signa p̄deſtinationis. Uide in dictiōe/p̄deſtinatio.

Signum ſcare grām. Uide in dictiōe/ſacr̄m: Sil'iter quid ſit ſignū efficax.

Signa inexiſtētis gratię. Uide in dictiōe/cognitio.

**Significare** eſt aliq̄d intellectu rep̄ſentare. ſit hoc ꝑ voces: ſit ꝑ colores vel ſpēs coloꝝ: ſit ꝑ obiecta quorūlibet ſenſuuȝ: ſit ꝑ enigmata figuraꝝ in ſcp̄turis ſcīs: ſit ꝑ reuelatiōes myſterioꝝ. vt ſcribit Gerſon trac. ij. ſup Mḡt.

**Significatio** eſt excogitatiōis formatę per ſigᷓ ꝑ verba demōſtratio. ⁊ ſit potiſſime ꝑ locutōeȝ: q̄ eſt vocalis ꝓlatio: cū intētiōe ſcandi vel ꝓferēdi: q̄re nō eſt irrationaliū.

**Symbolum** eſt oīm credēdoꝝ ad ſalutē ſpectātium cōpendioſa collectio. vt ſcribit Gerſon in cōpēdio theol'. tract. j. de articul' fidei. Quoniā (vt ait Caſſian᷒ li. vj.) quicq̄d ꝑ vniuerſorū diuinoꝝ voluminū corp᷒ imenſa diffundit̄ copia: totū in ſymbolo colligit̄ breuitate ꝑfecta. Dr̄ aūt ſymbolum a ſin q̄d eſt con: ⁊ bole q̄d eſt ſnīa: q̄ſi collectio ſnīaꝝ. Uñ ſymbolū eſt pluriū ſnīa ſil' ꝯſtituta: vt ait ſcrūs Bona. Uel (vt alij volunt) dr̄ a ſin q̄d eſt con: ⁊ bolū q̄d eſt fruſtū: q̄ſi fruſtoꝝ. i. capl'oꝝ/vel particulaꝝ fidei collectio. a ſyn q̄d eſt con: ⁊ bolos particula vl' morſell᷒: q̄ſi particlaꝝ collectio. vt d̄t Gabri. diſt. xxv. q. vnica. ar. j. lib. iij. Hinc ſymbolū apl'oꝝ dr̄: ꝙ q̄libet coꝝ particulā aliquā q̄ſi bolū ſuum appoſuit. Et licȝ oīa credenda in ſcp̄tura canōica ꝯtinent̄: tñ q̄ꝛ latiſſima eſt apl'i: per q̄s fides modo annūciata ē p̄ri uſq̄ȝ in oēm terrā diuiſi ſt̄/quaſdā principales veritates a fidelib᷒ credēdas: ad q̄s reliq̄ facile reduci p̄nt ſimul coadunarūt: vt ſic a fidelib᷒ facili᷒ ⁊ caperent̄/⁊ mēorię cōmēdarent̄. Hec aūt collectio ſymbolū apoſtoloꝝ nomiat̄. Cui᷒ ſymboli ptes ſiue articuli diſtinguunt̄ dupl'r ſm docto. cōit̄. ſ. Uel ſm credita. vel ſȝ auctores ipȝ coordinātes. De h̄ diffuſe poterȝ videre Gab. vbi. Et ſan. Bona. di. xxv. q. j. li. iij. ⁊ q̄d vnuſquiſq̄ȝ apl'oꝝ addiderit. Et ſymbolū apl'oꝝ dr̄ mai᷒ (vt idem d̄t ſan. Bona. nō q̄ȝtū ad ꝯtinentiā v̄borūȝ: ſed q̄ȝtū ad ꝯtinētiā articuloꝝ/⁊ q̄ȝtū ad auctoritateȝ cōponētiū. Maioris eñ auctoritatis eſt q̄ȝ alia duo. ſcȝ: Niceni/⁊ Athanaſij: q̄ addita ſunt ad maioreȝ fidei explanatōeȝ/⁊ hereſum ꝯfutationē. vt latius videre potes apd̄ ſan. Bona. ⁊ Gabri. vbi.

Symbolum Athanaſij p̄cipui doctoris ordinatu eſt ꝯ errorem Arrij. vñ maxime exprimit diuinę eēntię vnitatē ⁊ ꝑſonaꝝ diſtinctōeȝ. Q̄ȝ chr̄s eſt eq̄lis p̄ri ſm diuinitatē/⁊ mior ſm hūanitatē. in q̄ errauit Arrius.

Symbolum nicenum ordinatū eſt ad ꝯfutandū multaꝝ hereſum errores. ſ. Manichei: q̄ p̄[…]it duo p̄ncipia. Unū bonoꝝ ⁊ ſpūaliū. Aliō maloꝝ ⁊ corporaliū. Uñ ꝯ eū dr̄ expſſe. Credo in vnū deuȝ. ſeq̄t̄: factorē cęli ⁊ terrę viſi. om. ⁊ in. ⁊c̄. Item contra errorem Arrij addit̄: ⁊ in vnum dñȝ noſtrum ieſum chriſtū fi. dei vnige. vſq̄ȝ/per quē oīa fctā ſunt. Itē ꝯ errorē Euticetis ⁊ Neſtorij: q̄ dixerūt ſpm̄ſctm̄ ſeruū patris ⁊ filij: addit̄/⁊ in ſpm̄ſanctum dñm ⁊ viuificantem: qui ex patre filioq̄ȝ procedit ⁊c̄. Et ꝓpter errorē grecoꝝ dicētiū ſpm̄ſctm̄ a ſolo p̄re ꝓcedere. addit̄. Qui ex patre filioq̄ȝ ꝓcedit. Itē contra quorūdaȝ errorē qui dicebāt ꝓphetas ſicut fanaticos ſiue ſurrepticios locutos fuiſſe: addit̄. Qui locutus eſt per ꝓphetas. Nō tangit aūt hic hoc ſymbolum de deſcenſu ad inferos: q̄a nulli vl' pauci circa hunc articulū errauerūt. Legit̄ aūt quotidie ſymbolū apl'orū in primis/⁊ completis ſecrete: quia cōditum eſt fide nondū publicata/ſed publicanda. Sȝ alia duo apte leguntur certis diebus: Nicenum in miſſa/⁊ Athanaſij in Primis. quia compoſita fuerūt fide iam publicata. Et hec Bonauē. ⁊ poſt eum dñs p̄poſit᷒ Gabri. diſt. xxv. q. vnica. ar. j. lib. iij.

**Similitudo** eſt relatio equiparātię: nō tñ ſemper denominat vtrūq̄ȝ extremorum: ſed tm̄ q̄ñ forma eſt equaliter: ⁊ eadē ratione in vtroq̄ȝ extremoꝝ. ex ſan. Tho. p̄ma pte. q. iiij. ar. iij. Et quō differat ſil'itudo ab imagine/vide in dictiōe: Jmago. Et aliq̄d poteſt eē ſil'itudo alterius duobus modis. Uno mō in eſſendo. ⁊ in ꝑfectiōe q̄ditatiua. Alio mō in rep̄ſentādo/⁊ in ratione rep̄ſentatiua. vt ſcribit Petrus de aliaco di. ij. q. iij. arti. j. li. j. Primo modo maior eſt ſimilitudo inter quācunq̄ȝ creaturā ⁊ aliā q̄ȝ inter creaturā ⁊ deū. imo ſm aliq̄s: int' deuȝ ⁊ creaturā eſt infinita diſſimilitudo. iſto mō eſt tamē ſimilitudo/⁊ maior inter aliquā creaturā ⁊ deum/q̄ȝ inter omnē creaturā ⁊ aliā: licȝ nō ſit ita de oīb᷒ generalit̄. Uñ eſt triplex ſimilitudo. Prima eſt maior colligātia creaturę ad deum: quia. ſ. creatura eſt effectus: ⁊ cauſa relucet aliquo modo in ſuo effectu. ratione cui᷒ quis ex noticia creaturę ducit̄ in cognitionē dei magis q̄ȝ ex noticia hui᷒ creaturę in noticiā alterius cui᷒ nō eſt effect᷒. nec habȝ talē colligantiā ad aliā. Alia ſil'itudo eſt ex hoc: q̄ꝛ oīs creatura ex q̄ oēm ſuā perfectionē recepit a deo: eſt mediū cogn̄ſcēdi ꝑfectionē dei. ⁊ ſic ꝑfectior creatura: ꝑfectior dei ſil'itudo exiſtit. ſic̄ de nāli ꝑfectiōe ptȝ in hoīe: q̄ dr̄ imago dei: ⁊ d̄ morl'i ꝑfectiōe: puta ī hoīe iuſto: in q̄ p̄ſa relucēt d̄ dō. Tertia ſil'itudo ē ꝑ p̄dicatiōȝ: q̄ꝛ. ſ. mľta p̄dicata



perfectionalia p̄dicantur de deo ⁊ creaturis: ⁊ plura de deo ⁊ vna creatura q̄ȝ alia. Oīs āt ſil'itudo quā habem᷒ de deo in infinitū differt ab entitate ⁊ perfectione dei. ⁊ ideo oīs cognitio quā habem᷒ de dō/in infinitū differt in ratiōe cognitiōis ab entitate dei/⁊ in ratiōe cognoſcibilitatȝ: ita ꝙ entitas diuina in infinitū magis eſt cognoſcibilis/q̄ȝ hec cognitio ſit cognitio. Hec Aliacenſis vbi.

Similitudo duob᷒ modis attēditur. vt ſcribit ſan. Bonauē. lib. iiij. di. j. circa textū. Uno modo ſm vni᷒ tōnis ꝓprietatē/ſiue naturę participatōeȝ. Alio modo ſm vnius formę cōparationē. Prima dr̄ ſil'itudo ꝓportiōis. Scd̄a dr̄ ſil'itudo ꝓportionalitatis. ⁊ ſacr̄m gerit ſil'itudinē grę ſcd̄o mō/nō p̄mo modo: ꝓ eo ꝙ ſicut aqua abluit carnē: ita grā mūdat aīaȝ. ⁊ ſicut oleum lenit exterius: ita grā interius.

Similitudo dei eſt duplex (vt ſcribit ſcrūs Bonauē. diſt. v. q. ij. li. ij.) ſcȝ. Equiparātię ſiue equalitatis. ⁊ imitatiōis. Sil'itudo imitatiōis p̄t appeti ordinate/⁊ īordinate. Ordinate: vt appeta[…]ſil'itudo ī his que noſtrę ſunt aptitudinis/⁊ diuinę acceptiōis: cuiuſmodi ſunt perfectōes ⁊ decores v̄tutū. Jnordinate v̄o: vt homo appetat id q̄d nō decet: vl' quod dō nō placȝ. vt ſi appetat hoīb᷒ pręeſſe: vl' ſe d̄ aduerſarijs vindicare. Sil'itudo equalitatis nullo modo pōt appeti ordinate: ſed aliquo modo eſt appetibilis/aliquo modo nō. Nā oīmoda ſil'itudo nō eſt appetibil': q̄a nō poteſt cadere in cognitiōeȝ ſiue intellectū: ⁊ ideo nec in appetitu. ⁊ ſi quis fingat nō appetit equalitatē: ſed ſuā fictionē. Alio modo eſt ſil'itudo equalitatȝ in aliqua cōditiōe: vt in dño p̄ſidētia/ſciētia. ⁊ ſic credo (inquit Bonauē.) ꝙ p̄t appeti. Et vt idē ait: diabolus quodāmodo petijt ſil'itudineȝ imitatiōis/q̄dāmodo equalitatis: Jp̄e eñ appetijt alijs p̄eſſe: ſua tamē auctoritate: ⁊ hoc fuit imitatiōis: ⁊ obtinuiſſet hoc aliquādo ſi ſtetiſſet: ꝙ aut ꝓpria auctate: ita ꝙ ſine meritis ⁊ ſine datore: ita ꝙ nulli ſubeſſet. hoc eſt ſoli᷒ dei. ⁊ hoc eſt equiparātię. Et ita patȝ q̄d appetijt. ⁊ patent multę auctoritates ſcōrū. q̄ꝛ Grego. d̄t ꝙ appetijt eſſe ſui iuris: ita ꝙ nulli ſubeſſet. Bernard᷒ d̄t ꝙ appetijt equalitatē potētię. Anſel. ꝙ appetijt pręeſſe ſine meritis. ⁊ oēs verū dicūt. ⁊ diuerſę auctoritates circūloquunt̄. hoc eſt: ꝙ pręeſſe omnib᷒ ꝓpria auctoritate. Et quod dr̄ ꝙ lucifer appetijt omnimodā equalitatem dei: hoc debȝ intelligi (vt vult Scotus) appetitu deſideratiuo: quod idem eſt cum appetitu ſimplicis complacētię. Non potuit autē appetere ip̄am eq̄litatem appetitu dei electiuo: qui eſt (ſm Scotū) appetitus efficax. Ex quo ptȝ ꝙ doctores idem dicūt: tñ alijs v̄bis. Mens p̄terea cōparata ad deū ſic̄ ad donuȝ ſanctificatiuū: ſortit̄ nomē ſil'itudinis dei. q̄a (vt ſcribit Gerſon tract. vij. ſup Magnificat) ꝑ hūc modū particeps eius eſſe p̄t: ⁊ h̄ plus aut minus ſȝ exuberantiā grę gratūfacientis: cū trib᷒ theologicis virtutib᷒ in via: aut trib᷒ dotib᷒/aut actib᷒ in gl'ia.

**Simonia** quā muneralē ambitū vocat Paul᷒ Corteſius lib. iiij. di. v. ⁊. vj. ſuaꝝ ſententiaꝝ. ē ſtudioſa cupiditas vl' volūtas vēdendi vel emēdi ſpūalia/vl' ſpūalib᷒ annexa: ꝓ/vel per tpalia. vt dicit Glo. ij. q. j. in p̄ncipio. De ea videat̄ dñs p̄poſit᷒ Gabri. diſt. xiij. q. ij. ar. iij. li. iiij. ⁊ lectōe. xxviij. canonis. Diffinit̄ autē per actuȝ interiorē. ſ. volūtatis. vt cum dr̄/ſtudioſa volūtas. Scd̄o ꝑ actū exteriorē: cū addit̄/vēdendi vel emēdi. Tertio ꝑ obiectū: cum adiungit̄/aliq̄d ſpūale vl' annexū ſpūali. Et ſic̄ habitus v̄tutū ⁊ vicioꝝ cognoſcunt̄ ꝑ act᷒: ita diffiniunt̄ ꝑ ſuos act᷒. Eſt igit̄ (vt d̄t Gab. di. xiij. lib. iiij. vbi.) ſimonia viciū volūtatis/nō intellect᷒ ⁊ ſpēs auaricię: licȝ etiā poſſit ꝯcurrere viciū intellect᷒. ſicut frequēter errorē in voluntate p̄cedit/comitat̄ vel ſequit̄ error in intellectu: nō tñ ita ſp fieri opꝫ. Pōt enim volūtas ꝑ ſuaȝ libertatē declinare a recto iudicio rōnis. Et dr̄ ſimonia a Simone: q̄ voluit ab apoſtolis emere ſpūalem p̄tātem: vt cā vlterius poſſȝ vēdere. ⁊ grām emere ſpūſſancti: quē vidit viſibil'r dari ī ſacr̄o ꝯfirmationis ꝑ manuū impoſitiōeȝ apl'oꝝ. vt habet̄ Actu. viij. Et recitat Paludē q. v. diſt. xxv. li. iiij. Et ideo nō ſolum habuit volūtatem emēdi/ſed vēdēdi. Ad quē dixit Petr᷒. Pecunia tecū ſit in ꝑditioneȝ: q̄a exiſtimaſti donū dei pecunia poſſideri. A q̄ dicūtur ſimoniaci: nō ſolum q̄ ſpūalia emunt/ſed etiaȝ q̄ ea vendūt. Et ſm hoc patȝ ꝙ ſimonia q̄ȝuis dicat̄ a Simone: tamē bene diffinit̄ per voluntatē emēdi vl' vēdendi ip̄m ſpūale. Si q̄s tamē vellet ſolos ementes ſpūale ſimoniacos appellare: ille poſſȝ vendētes nomiare giezitas: a Giezi famulo Heliſei: qui ꝓ ſanitate ad p̄ces Heliꝫei collata ipſi Naaman ſyro/accepit munera. vt patȝ. iiij. Regū. v. De quo videatur ⁊ ſcrūs Tho. ſcd̄a ſcd̄ę. q. c. Et Richard᷒ diſt. xxv. art. ij. q. ij. lib. iiij. Et Tho. argēti. diſt. xxv. lib. iiij. Uolūtas autē emendi ⁊ vēdendi poteſt dupl'r accipi. Uno modo p̄ciſe ſine oīmi exteriori expreſſiōe. Alio modo ꝓut eſt aliquo modo exteri᷒ expreſſa: puta quia ita ſolicita eſt circa hoc ip̄a volūtas/ꝙ verbo/nutu/vl' ſigno exterius inſinuat̄. Prio modo nō inducit ſimoniā in foro eccl'ię: q̄ȝuis habēs talē volūtatē ſit v̄e ſimoniacus corā deo/ſeu in foro eccl'ię. vt ſcribit Thomas argēti. diſt. xxv. lib. iiij. Scd̄o: volūtas facit hominē ſimoniacū nō ſolū corā deo/ſed etiā in foro eccleſię. Et q̄a iſto ſecūdo modo videt̄ poni volūtas in diffinitiōe ſimonię: q̄ꝛ volūtas ⁊ ſtudioſa dr̄: q̄ñ eius ſtudiū vel ſolicitudo apparet exteri᷒ verbo vl' ſigno. Et ſtudioſa voluntas (d̄t Richard᷒) dr̄ voluntas ad effectuȝ deducta. q̄a q̄ȝuis ſimonia mētalis ſit pcm̄: tñ nō obligat ad renunciationē vl' reſtitutionē rei acquiſitę. extra d̄ ſimonia. Mādato noſtro. Itē ſi p̄ces vel obſequiuȝ tale fuerit q̄d inducit ſimoniā: tūc huiuſmodi p̄ces vl' obſequiuȝ equipollet p̄cio. ⁊ ideo in talib᷒ p̄cib᷒ ⁊ obſequijs q̄ȝuis nō ſint emptio vl' vēditio formalit̄/tamē ſunt equipollēter. Uide lati᷒ Argentinēſem. Sed de alijs dr̄: vt ſi vas ꝯſacratū/vel iuſpatronat᷒ vendit̄: tūc reſpectus (vt d̄t Durādus) nō debȝ haberi ad ꝯſecrationē: ſic ſcȝ ꝙ vēdens daret carius ratiōe ꝯſecratiōis/vl' ratiōe ꝯnexionis ad ſpirituale quoddā. ſi enim fieret/ſimoniacū eſſet. Et ſi vendit̄ calix ad vſum ꝯſecratiōis: vtputa ad vſuȝ alterius eccl'ię: nō debet frangi. Sed ſi vendit̄/⁊ nō ad vſum ꝯſecrationis: debet frāgi anteq̄ȝ vendat̄: vt ſic cōſecratio tollat̄. Nō enim licȝ calicē conſecratū tractari ab homīe nō cōſecrato: ⁊ in venditiōe null᷒ reſpectus habeat̄ ad ꝯſecrationē/ſed ſolū ad materiā: ⁊ ad opus artificis. Nam ſi ꝓpter ꝯſecrationē carius venderet̄/tunc cōmitteret̄ ſimonia. Itē ſi q̄s haberet villam vel pagū in quo eſſet ſacelluȝ ꝯſecratū: ad q̄d haberet iuſpatronatus: nō debet iſto reſpectu villam carius vēdere. ſi eñ faceret/ſimoniā incurreret. De miſſa v̄o dicendum: ꝙ ſi ille qui ſimpl'r ⁊ p̄ciſe emeret vel vēderet miſſam. peccaret/⁊ ſimoniā cōmitteret. nihilomin᷒ tñ dicēti miſſam/ꝓ laborib᷒ ſuis pōt dari pecunia/vel alia res temporalis ſine peccato. quia nemo tenetur ꝓprijs ſtipendijs militare. Hinc dicit Apoſtol᷒. j. Corinth. ix. Seminanti ſpiritualia

debent̄ tpalia. Tho. argēti. Ridiculum tū̄ est dicere (vt inquit Paludēſis di. xxv. q. v. li. iiij.) ꝙ miniſtri poſſint laborē ſuum vēdere vbi opus ſuū quiſq̄ licite vendere nō pōt. Si qd ergo ꝑcipit miniſter eccleſiaſticus diſpēſans ſacramēta: nō recipit id vt ꝓcium operis vel laboris: ſed vt ſuſtentationē miſtri. Et ita dicendū eſt d̄ officijs ꝯſequētibus ad ſacra ſuſcepta. De h̄ latius Paludēſis. Ita etiā de anniuerſario eſt dicendū: ſicut de p̄bēdis qd̄ eſt in ſuſtentationē vite: ⁊ recipiēdo ip̄m obligant̄ ad faciēdū ſicut canonicꝰ ad horas canonicas. beneficiū em̄ dat̄ ꝓpter officiū. Et vt idem vult Paludenſ. Oratio nō eſt facienda ꝓ pecunia/ ſed ꝓ deo/ ⁊ ꝓpter bonū affectū. Si v̓o ex pacto ꝓ dicēdo pſalterio det̄ pecunia: eſt expreſſa ſimonia. Item ꝓ p̄dicatione nō licz pecuniā recipe: ſed licz p̄dicanti victū recipe. j. Cor. ix. Non aūt in pecunie collatiōe finē p̄dicatiōis ꝯſtituere. Sed qd̄ de clauſtralibꝫ/ ⁊ maxime de monialibꝫ alemanie: q̄ recipiūt res tpales ab his quas recipiunt ad collegiū eoꝝ: cū tū̄ ſtatus religiōis ſit ſp̄ūalis. Dicit ſctūs Thomas de aq̄no li. iiij. ſen. di. xxv. ꝙ q̄n poſſeſſiōes alicuiꝰ loci religioſi nō ſufficiunt ad ſuſtentandū plꝭs pſonas q̄ eas. ſ. quas actu habꝫ: tūc poteſt exigi ab illa q̄ in illo loco deſiderat ſeruire deo: nō quaſi ꝓciū religionis/ ſed vt habeat monaſteriū vnde ei poſſit ꝓuideri. ⁊ ſic nō cōmittit̄ ſimonia. Si aūt ſine grauamine eccleſie poteſt recipi: tūc ſimoniacū ē aliqd ꝓ receptiōe exigere ⁊c̄. Item nec ſepultura debꝫ vēdi: vt Paludēſis ſcribit/ ⁊. ſ̄. ptꝫ de ſepultura. Itē paruula munuſcula q̄ nō corrupta intētione accipiunt̄/ ad ſimoniā nō pertinēt. Qd̄ ē ꝯ illos q̄ dicūt ꝙ viſitator nec ſtilū recipe poteſt. Dr̄ p̄terea in diffinitiōe ſimonie/ ſpirituale. Uñ ſp̄ūalia dicunt̄ dupl'r. Uno mō q2 ordinantur ⁊ referunt̄ ad ſp̄ūalem aīam: puta ad aīam rōnalem. ſicut ſunt ſciētia/ ꝯſilium: ⁊ ſi'a. ⁊ in vēditione taliū nō cōmitti'r ſimonia: q̄uis al's q̄nq̄ in talibꝫ vēditionibꝫ grauiter peccet̄. Alio mō q2 ordinant̄ ad ſpiritualē gr̄am. Et hoc dupl'r. Quia vl' talia ſ̄t ſp̄ūalia ꝑ eſſentiā: ſicut ſunt dona gr̄e. ⁊ circa h̄ nō p̄t cōmitti ſimōia: quia nec de iure nec de facto vēdi poſſūt. Uel ſunt ſp̄ūalia cauſalit̄: ſicut ſunt ſacra q̄ aliquo mō ſ̄t cā ſp̄ūalis gr̄e: q̄ recipiēti ſacra confert̄ in eoꝝ collatiōe. Et circa hec p̄t cōmitti ſimonia: q2 licz nō de iure/ tū̄ de facto vēdi poſſūt. In vēditione taliū ſacroꝝ cōmitti'r ſimonia. cuius triplicē rōnem ponit Rich. quia ꝯ rōnem gr̄e eſt ip̄am vendi vl' emi. vel q2 ſacra q̄ ſunt cā diſpoſitiua effectꝰ nō p̄t appreciari: ⁊ q2 homines nō ſunt dn̄i ſacramētoꝝ: ſed miſtri. De q̄ latiꝰ videto Richar. di. xxv. ar. iij. q. j. li. iiij. ⁊ q. ij. Et ſan. Bona. eadē di. q. iij. Paludenſ eadē di. ⁊ Gab. lecti. xviij. canonis. Uel ſp̄ūale dr̄ tripl'r. ſ. Eſſentialit̄: vt gr̄a/ v̓tutes. Cauſalit̄: vt ſacra q̄ cauſant gr̄am ſuo mō. Et effectiue vl' actualit̄: vt p̄dicare/ corrigere/ viſitare/ orare ⁊ hmōi: qui ſunt actꝰ ſp̄ūales. Richar. ⁊ Gab. Annexū ſp̄ūali etiā dr̄ dupl'r: ſ̄m ſan. Tho. in iiij. Uno mō q2 dependēs a ſp̄ūali: vt hic eccl'iaſtica bn̄ficia: q2 nō competit niſi habēti officium clericale. Alio mō q2 ordinat̄ ad ſp̄ūalia: vt iuſpatronatꝰ/ ius decimale/ vaſa ſacra: ⁊ ſimilia. Sub p̄cio aūt cōprehendit̄ om̄e munꝰ tpale quod pecunia eſtimari p̄t. Et ponit ſan. Grego. triplex genus muneris q̄ ſimonia cōmitti'r. ſcꝫ: munus a manu/ a lingua/ ab obſeq̄o: q̄ ſunt pecunia/ p̄ces/ famulatus. Dum ergo pro illis ſp̄ūalia ꝯferunt̄ vt hoꝝ intuitu ſimonia cōmittitur. Poteſt aūt eſſe q̄druplex intuitꝰ ad cōmoduꝫ tpale in datiōe ⁊ adminiſtratiōe ſp̄ūaliū. vt notat dn̄s Cardinalis cameracē. ⁊ Gerſon in fine tracta. d̄ ſimonia. ⁊ poſt hos Gab. lect̄. xxviij. canonis. Primꝰ intuitꝰ poteſt referri ad cōmodū tpale tanq̄ ad p̄ciū rei ſpiritualis: quaſi ſit adequatio valoris vniꝰ rei ad alterā: ſicut eſt in emptiōe ⁊ vēditiōe in ciuilibꝫ. Scd̄o p̄t fieri intuitꝰ ad cōmodū tpale tanq̄ ad motiuū p̄ncipale dandi vl' miſtrandi ſp̄ūalia: vel tāq̄ ad finē vltimuꝫ: in q̄ cōſiſtit intuitus ſp̄ūalia ꝯferētis vel recipientis. Tertio p̄t fieri intuitꝰ ad cōmodū tpale tanq̄ ad motiuū minꝰ p̄ncipale: vl' tanq̄ ad finē ſubordinatū ſub vltimo fine. Quarto modo p̄t fieri intuitus ad cōmodū tpale tanq̄ ad rem debitā iure diuino ꝓ ſuſtentatiōe illius qui ſp̄ūalia ſubminiſtrat. iuxta doctrinā chriſti ⁊ apl'i. Dignꝰ eſt opariꝰ mercede ſua. j. Timo. v. ⁊ Luc. x. Primꝰ ⁊ ſecūdus intuitus ſunt v̓e ſimoniaci ac iure diuino ⁊ humano. Si autē ferat̄ intuitus tertio ⁊ q̄rto modis: ſic pōt eſſe licita: meritoria/ ⁊ a ſimonia penitꝰ aliena: hoc attēto ꝙ ſeruetur illud Apl'i. j. Theſ. v. Ab om̄i ſpē mala abſtinete vos: [illegible] exerceant̄ ſp̄ūalia/ niſi p̄us dent̄ temporalia: aut ſi turpit̄ exigant̄ cū ſcandalo/ ⁊ auaricie nota. In quibꝫ vtriq̄ caſibꝫ ſuſpecti poſſūt haberi de ſimoniaca prauitate. Ad hoc bn̄ loquit̄ Proſper in d̄ vita ꝯtemplatiua. Sacerdos cui diſpēſatōis cura cōmiſſa eſt: nō ſolū ſine cupiditate/ ſed etiā cum laude pietatis accipit a ꝑpl'o diſpēſanda: ⁊ fidelit̄ diſpenſat accepta. vt vnde paup̄ibꝫ ſubminiſtrat/ inde ⁊ ip̄e tanq̄ paup voluntarius viuat. Et ſequit̄. Quid eſt aliud de euāgelio viuere: niſi laborātē inde vbi laborat neceſſaria vite recipe ⁊c̄. De ſimonia latiꝰ legere potes apud Gerſonē/ Gab. ⁊ alios. ſ̄. allegatos. Sed ſi q̄s obijceret de mr̄imonio ⁊c̄. Dicēdū ꝙ pactio in ꝯtracttu mr̄imonij nō debꝫ fieri ꝓ ſacramēto matrimonij: nec ꝓ bn̄dictione ꝯtrahentiū: q2 cū illa ſunt ſp̄ūalia ſi p̄ciſe ꝓ illis exigent̄ res tpales: tunc cōmitteret̄ ſimonia. ſed q2 ꝯtrahentes indigēt rebꝫ temporalibꝫ: ideo poteſt fieri tal' pactio in mr̄imonio. Poſſumꝰ inſup de ſimonia loqui dupl'r. Uno mō ſ̄m ſe: vt non includit hereſim ꝓprie dictā: ⁊ tūc nō eſt maximū pctōꝝ: ſic em̄ eſt ſpēs cupiditatis ſeu auaricie. Alio mō p̄t accipi ſimonia vt includit hereſim ꝓprie dictā: ⁊ tunc dr̄ ꝙ rōne ſue radicis (ſ̄m Richar.) q̄ eſt in affectu ē maximū oīum peccatoꝝ. Uide de h̄ latiꝰ Gab. di. xiij. q. ij. ar. iij. dub. ij. li. iiij. ⁊ lectiōe. xxviij. canōis. Et ſimonia (vt ſcribit Petrꝰ paludēſis in. iiij. di. xxv. q. v.) eſt crimen eccl'iaſticū: ꝓpter tria quibꝫ diſtinguit̄ a ciuili vel ſecl'ari. Primo: penes materiā vel obiectū: q2 in deū cōmiſſum eſt eccl'iaſticū: vt hereſis. in ꝓximū autem ciuile: vt homicidiū. Scd̄o: penes cognitionē: q2 eius cognitio ad iudicē eccl'iaſticū ꝑtinet. Tertio: penes penaꝫ. C. de epiſ. ⁊ cleri. autem. Cleri. in glo. Uñ de om̄i debito pſonali ꝓ quo p̄t agi ad penā eccl'iaſticam. q2 nō ſoluēs debitū/ monitiōe p̄miſſa p̄t excōicari/ vl' poſſe agi corā iudice eccl'iaſtico. Dr̄ aūt ſimonia hereſis: ꝓpter ſilitudinē actus. vl' q̄ꝛum ad aliq̄s diſcipulos Simonis: q̄ vna cū magr̄o credebant donum dei pecunia poſſideri. Hec Paludenſ.

**Simoniacus** a ſimonia dr̄: ⁊ ē q̄ vitio ſimonie laborat: ⁊ tal' de iure eſt excōmunicatꝰ. vt vult Gerſon tracta. d̄ ſimonia. ad ſeptimā rōnē. ꝯſideratōe. iiij. Is quoq̄ ſiue ſit talis ꝓpter ordinis ſuſceptionē ſimoniace ſuſcepti: ſiue ꝓpt' bn̄ficij eccl'iaſtici ꝯſecutionē: irregl'aris eſt. quia tales iura decernūt ſine diſpēſatione ꝓmoueri ad ordines nō poſſe. Quod credo (inquit Richar. di. xxv. ar. ij. q. iij. quarti.) ſi talis ſimonia cōmiſſa fuit ip̄o ſciente: q2



ſi ip̄o ignorante ignorantia iuincibili fuit data pecunia: vel ordinaret̄: vl' beneficiū eccleſiaſticū ꝯſeq̄ret̄ q̄uis ſtati poſtq̄ huiꝰ rei noticiā habuerit: teneat̄ renunciare beneficio ſic aſſecuto: ⁊ deſiſtere ab adminiſtratiōe ordis ſic ſuſcepti/ quouſq̄ cū eo fuerit diſpēſatū: irregularitatē nō incurrit ꝓ beneficij talis aſſecutiōe: q̄uis ſ̄m ꝙ cā incurrerit ꝓ tali ordinis ſuſceptiōe/ inq̄ntū in illo nō debet miſtrare ſine diſpenſatiōe. nō tū̄ eſt irregular̄ ſimpl'r: q2 abſq̄ om̄i diſpēſatiōe in ordinibꝫ an̄ legitime ſuſcept̄ miſtrare pōt eo ip̄o qd̄ diſpēſatū eſt cū eo ordie quē ſic ſuſcepit p̄t abſq̄ alia diſpenſatiōe ad vlteriores ordies ꝓmoueri. Et (vt idē ait) grauior eſt Simonia i ordie q̄ i cōſecutiōe beneficij eccleſiaſtici. Uide latiꝰ Rich. Nō aūt oīs ſimonia irregularitatē generat: vt habꝫ Paluden̄. Ut ſi q̄s vendat aquā benedictā vl' panē bn̄dictū: vide eū ⁊ de pena ſimonie. q. v. diſt. xxv. li. iiij. ⁊ de diſpenſatiōe. Nec p̄tereundū eſt qd̄ ſcribit Grego. ꝙ eccl'iaſtic̄ deſeruientibꝫ vtilitatibꝫ eccl'iaſtica dignū eſt remuneratiōe gaudere. ⁊ ergo ſi i talibꝫ reſpectꝰ ad munera ſiue a manu: ſiue a lingua: ſiue ab obſeq̄o erit ſimonia. Corollariū. nullū obſequiū q̄lecūq̄ honeſtū pōt p̄termitti ꝑ modū ꝯditiōis: vel pacti in ſp̄ūaliū collatiōe. Itēꝫ beneficioꝝ collatores: vel patroni i collatiōe: vel p̄ſentatiōe obſequia pſonalia: vel officia ſecularia: vel p̄ces ⁊ vniuerſalit̄ q̄ n̄ dignificant ꝑſonā p̄ncipalitatē attendētes/ q̄ ad ꝑſone idoneitatē ſūt cū his q̄ ob talē reſpectū recipiunt certiſſime ſimoniaci: ⁊ niſi penituerint finalit̄ cruciandi. Et p̄ſbyter (vt idē dr̄ ⁊ habet̄. j. q. j. c. p̄ſbyter) ſi ꝑ pecuniā eccl'iā obtinuerit: nō ſolū eccl'ia priuet̄ ſꝫ etiā ſacerdotij honore ſpoliet̄: vide alias. Item ſerui ſeruoꝝ dei gladio ſp̄ūali: puta excōicationis: vel alio chr̄i paup̄es feriētes ob ſpem tpalis lucri: vl' potentes ob timor̄: vel cuiuſcūq̄ hmōi fauor̄ cām corrigere negligentes: vel iuſte vel iniuſte ꝑcuſſos abſoluere renuentes: niſi habita pecunia ſūt idubie i malicia ſimoniaca ⁊c̄. Itē Rich. dr̄: licet p̄lato dicere alicui: ego tibi ꝓuidebo de beneficio cōpetenti/ ſi mala opa declinando ⁊ bona opa faciēdo/ te bn̄ficio eccl'iaſtico reddider̄ dignū. talis em̄ cōditio eſt ad honorē: ⁊ reuerentiā dei. Uñ per ſup̄dictā ꝓmiſſionē p̄latꝰ non tā obligat ſuſcepturū beneficiū q̄ inducit ad faciendū illd̄ qd̄ tenet̄ facere ꝑ legē diuinā ⁊c̄. Pauca de ſimonia ſufficiāt: de ea nō parū ml'ta ſcribit Antoninꝰ pte. ij. tit̄. j. c. iiij. ⁊. v. Paluden̄. Rich. s. Bona. Gab. ⁊ alij. ⁊ Gerſon. Et de penis ſimoniacoꝝ vide Anto. vbi ſ̄. §. xxv. ſūme: ⁊ alios q̄ ſingula ⁊ multa tractant̄ apd̄ ſūmiſtas.

**Simplex** vel ſimplicitas vt notat Guil'. Sco. diſt. viij. li. j. ſen̄. dr̄ q̄ſi ſine plica: eo ꝙ caret ꝑtibꝫ. Et differt iſta tria vnitas: identitas/ ſimplicitas. Nā vnitas opponit̄ diuiſiōi. Identitas diſtinctiōi. Sed ſimplicitas cōpoſitiōi. Capit̄ et ſimplex aliq̄n ꝓ vero ⁊ ſincero: ſicut econtra duplex pro fallaci. Pro illiteratis accepit Gerſon tract̄. de ſimplificatiōe cordis notula. xvj. cū ait. Simplices ſine l'ris rapiunt celū: vbi litterati ⁊ cōquiſitores huiꝰ ſeculi: vbi perſcrutatores maieſtatis/ aut inanes remanent/ aut opprimunt̄ a gl'ia q̄ q̄nq̄ minꝰ errant q̄ litterati. Unde idē dicit de directiōe cordis. ꝓuenit unde fortaſſis ꝙ multi rurales: ⁊ idiote ſepe citius opant̄ ſuā ſalutē ſine offendiculis error̄. ⁊ abſq̄ deuiatiōe p̄ceptoꝝ diuinoꝝ ⁊ eccl'iaſticoꝝ: ꝓpt' firmam deuotā: ⁊ humilē ſpē quā in diuino hn̄t auxilio repoſituꝫ q̄ clerici ⁊ frati: ⁊ alij quotidianis exercitati lectiōibꝫ ⁊ ſermonū auditionibꝫ: q̄ plerūq̄ faciliꝰ errore ⁊ deuio ꝑiclitant̄. Gerſon.

**Simpliciter** ſimplex dr̄ ꝑ caretiā cuiuſlibet cōpoſitōis intrinſece: vt angelꝰ. Gabriel. diſt. viij. q. ij. li. j. Item aīa intellectiua dr̄ ſimplex: ⁊ accidētia dicunt̄ ſimplicia intēſiue ⁊ extenſiue indiuiſibilia. Dicit̄ etiā ſimplex ꝑ caretiā om̄is compoſitiōis ⁊ cōponibilitatis intrinſece ⁊ extrinſece ⁊c̄. ⁊ ſic nulla creatura eſt ſimplex: ſed ſolus deꝰ. De quo multa vide Gabrielē diſt. viij. q. vij. li. j. Et dn̄m Cardina. came. q. v. li. j. ſn̄iaꝝ. quō deꝰ ſit ſimplex ⁊c̄. Uel ſimpl'r ſimplex (vt notat Brulef. diſt. viij. parte. ij. q. j. li. j.) eſt illud qd̄ nō eſt reſolubile in aliq̄ ipiꝰ poſitiua ſeu ꝯſtitutiua. ſed vltima reſolutio ſtat ad ip̄m vt eſt ꝯceptus entis ſ̄m doctorē ſubtilē. Et ē duplex ſimplex ſimpl'r. ſ. phyſicū ⁊ metaphyſicū. Ens ſimplicit' ſimplex phyſicū eſt illud qd̄ nō eſt reſolubile in partes eſſentiales ip̄ius ꝯſtitutiuas. ſed vltima reſolutō ſtat ad ip̄m vt materia p̄ma ſ̄m ph̄m eſt ſimpl'r ſimplex: ⁊ vocat̄ Yle. i. nudata ab omni forma. Sic codē mō vltima forma adueniēs alicui eſt ſimpl'r ſimplex ⁊ ſic aīa mea intellectiua eſt ſimpl'r ſimplex. nō eī cōponit̄ ex re ⁊ re: ſed ſic eſt forma ꝙ nihil habꝫ de materia. ſic etiā materia p̄ma ſic eſt materia ꝙ nihil habet de forma. Ens v̓o ſimpl'r ſimplex metaphyſicū ē illud qd̄ nō includit aliq̄s ꝯceptus p̄ores q̄ditatiuas ex quibꝫ cōponit̄ vel in quo reſoluit̄ vt eſt cōceptꝰ vltime differētie. Et eſt duplex. Quidā em̄ eſt ꝯceptus ſimpl'r ſimplex q̄dditatiuꝰ: vt eſt ꝯceptꝰ entis. Alius eſt ꝯceptꝰ ſimpl'r ſimplex q̄litatiuꝰ: vt eſt ꝯceptꝰ vltime differētie. Ultime em̄ differētie ſic habēt ꝯceptꝰ q̄litatiuos: vt ſit aliq̄d de q̄ dicant̄ in q̄d: nec ꝙ de ipſis p̄dicet̄ niſi denomiatiue. Sūme ſimplex eſt illud qd̄ nō eſt cōpoſitū nec aliq̄d eſt cōponibile ſibi: nec ip̄m ē cōponibile alicui. Defectu p̄me particule nulla ſubſtātia corporea eſt ſumme ſimplex. Defectu ſcd̄e particule nullus angelꝰ eſt ſumme ſimplex. q2 aliq̄d ē cōponibile ſecū cōpoſitiōe accidētis: vtpote intellectio volitio. Defectu tertie ꝑticule vltimū accidēs nō ē ſūme ſimplex: q2 vltimū accidēs nō pōt recipe alid̄ accidēs: alioq̄n nō eēt vltimū. ⁊ niſi ip̄m eſſet cōponibile cū altero nō eēt accidēs. Et q̄uis i creaturis inueniatur aliq̄d ſimpl'r ſimplex: nō tū̄ inuenit̄ aliquid ſūme ſimplex. Oē em̄ creatū vel eſt cōpoſitū in ſe vl' cōponibile cū altero: vl' aliud cū ip̄o: ſicut cū angelo cōponit̄ ſua intellectio ⁊ volitio. Solꝰ aūt deꝰ ē ſūme ſimplex: q2 ſimplicitas ē q̄dā ꝑfectio ſ̄m theologos. Dis át entitas ipor̄tās ꝑfectiōem remouēda ē a deo. ⁊ q̄nto res ē ſimplicior/ tāto ē nobilior: q̄uis i rebꝫ corruptibilibꝫ h̄ ſit falſum. Uñ totꝰ hō melior ē ⁊ nobilior q̄ ſola aīa: itelligit̄ in rebꝫ incorruptibilibꝫ: vt i deo ⁊ in angel'. Itē ſimplex dr̄ oē icōplexū: qd̄ p̄t iteligi terminās p̄mā opatiōem intellectꝰ q̄ eſt ſimpliciū vl' incōplexoꝝ app̄hēſio: ſiue cōponat̄ ex rebꝫ vel ꝯceptibꝫ q̄dditatiuis ſiue nō. Et illo mō hō eſt ſimplex. Itē triplex ē actꝰ intellectꝰ. Primꝰ ē ſimplicium app̄hēſio. Scd̄s eſt cōpoſitio ⁊ diuiſio. Tertiꝰ ē diſcurſio. Hec Brulefer vbi ſ̄.

**Simplicitas** a ſimplex. A q̄ ſūma ſimplicitas q̄ ſoli deo eſt ꝓpria: vt dicūt ſctūs Bona. diſt. viij. q. ij. li. j. ꝯcordat Alex. de ales. j. pte. ⁊ Tho. ⁊ Rich. Nā ſūma ſimplicitas eſt qd̄ nullā compoſitiōem habꝫ partiū/ nec depēdētiā/ nec multiplicatiōeꝫ formaꝝ ſiue actionū: nec alteri ē cōponibile/ nec aliq̄d ſibi cōponi pōt. ⁊ hec eēntial'r ſūma ſimplicitas ſoli deo ꝯuenit: ⁊ h̄ rōne primitatis ⁊ rōne ꝑfectiſſime

bonitatis ⁊ rõne infinitatis: vt lati⁹ declarãt ipi. Eſt ⁊ ſimplicitas ꝟtus ad quã ptinet directe pſeruare ſe a deceptiõe ſm btm̃ Tho. ſcđa. ij. q. cxj. ar. iij. Et ſimplicitas duplex eſt. Quedaꝫ em̃ eſt ꝯtraria diſcretioni/ q̃ reprobat̃: quedã ꝯtraria doloſitati/ q̃ bona ẽ. de q̃ in euãgelio. Eſtote ſimplices ſicut colũbe. Uñ Grego. li. j. moꝛa. tractãs illud. Eſtote prudentes: vtraqꝫ bene in admonitiõe cõuertit: vt ſimplicitatẽ colũbe aſtutia ſerpẽtis inſtrueret: ⁊ rurſus ſerpẽtis aſtutiaꝫ columbe ſimplicitas tẽperaret. Et Hiero. ſup Oſee Prudẽtia abſqꝫ ſimplicitate malicia eſt: ⁊ ſimplicitas abſqꝫ rõne ſtulticia nominat̃. Nec vlla ꝟtus (inquit Bernar. in ſmõe. xxv.) magis neceſſaria eſt omnibus nobis in cõuerſiõis initio q̃ꝫ ſimplicitas humil: ⁊ grauitas verecũda. Et Beda. Simplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt ⁊ ſtulta. Rectitudo at̃ ſine ſimplicitate auſtera nimiũ exiſtit ⁊ dura. vcꝫ vtraqꝫ virtus cõiuncta pfectũ reddit hoiem.

**Simphonia** dicit̃ muſicũ inſtrumentũ/ q̃le ſibi vendicauerũt ſpecialit̃ ipi ceci (vt ſcribit Gerſon pte. iij. tracta. j. de cãticoꝝ originali rõne. Hec ſonũ reddit dũ vna manu reſoluit̃ rota paruula ebure linita: ⁊ p alterã applicat̃ ei cũ certis clauibꝫ chordula nenitroꝝ: ꝑut in cithara vbi p diuerſitate tractuum rote: varietas armonie dulcis amenaqꝫ reſultat. Huic ſimphonie q̃d aptius cõparãdũ reputabim⁹ q̃ꝫ nr̃m coꝛ aſſidue ſe mouẽs: ac pinde fantaſias agitãs/ que ſi cedit̃ a motiõe nũq̃ꝫ quieſcit mo to coꝛde. Coꝛ vero ſi ceſſat a motu moꝛi aĩal cõtinuo neceſſe eſt. latius Gerſon. Dicit̃ et ſimphonia apud latinos pe. coꝛ. cõſonantia ⁊ muſic⁹ ꝯcentus.

**Simulare** eſt oſtẽdere qđ nõ eſt. Uñ quãdo q̃s (vt ait Scot⁹) ſimlat p aliqua facta ſibi ineſſe bona/ q̃ nõ inſunt: vt p genuflexiones aut oꝛones vel ſuſpiria ſimlat ſibi ineſſe deuotionẽ quã nõ habet: ⁊ hoc ptinet ad hypocriſim. Uñ Augu. Simlata (ait) equitas duplex eſt iniquitas. Sic ficta ⁊ vota paupertas nõ eſt paupertas ſpũs nõ paupertas virtus: nõ amica bonis moꝛibꝫ frugalitas ſꝫ duplex iniquitas: vt inq̃t Gerſon de ſollicitudine eccl'iaſticoꝝ. qꝛ ⁊ vere cupiditas eſt ⁊ ſimlatio. Et eſt freq̃nt̃ moꝛtale niſi ioco fieret. Aut põt ſimlare mala non ineſſe Et hoc dupliciter. aut p ſigna oppoſita exhibita: vt ſi luxurioſus audiẽs verbũ aliq̃đ carnale ⁊ laſciuũ expuat ſimlando ſe caſtũ: ⁊ ſimilit̃ hoc ptinet ad hypocriſim. Aut nõ oſtendẽdo ſed occultãdo ſigna/ q̃ cõiter ſequi ſolẽt mala interiꝰtẽria. ⁊ hec ſimlatio nõ eſt mala imo eſt laudabilis eo modo quo in malo aliq̃d poteſt dici laudabile. Nam vituperabile eſt malo intus latenti addere malũ ſignũ exterius. Eſt ⁊ vituperabile pdicare ꝓpriũ peccatũ. Sic em̃ đ quibuſdã dicit̃ q̃ peccatũ ſuũ quaſi ſodoma pdicauerunt. Uide de hoc latius Scotũ ⁊ Gabri. di. xxxviij. q. vnica. ar. iij. lib. iij. ⁊ differt ſimulo a diſſimulo. Simulamus em̃ ea eſſe q̃ nõ ſunt. Diſſimulamus ea nõ eſſe q̃ ſunt ⁊c̃.

ſtellę ⁊c̃. Tertio habēt actionē ī mixta ꝑfecta inanīa/ ta: vt ſunt metalla q̄ in quibuſdā regiōibꝫ generant̃ ex cōſtellatione habēte reſpectū ad illā regionē ⁊ nō ad aliā. Nā terra nō eſt actiua huiꝰ diuerſitat̃. Quar to habēt actionē ſup̱ aīata alterādo.ſ. corꝑa mixta ad q̄litatē cōuenientē vel diſcōuenientē aīę ꝑficiēti ca/ le corpus: ⁊ ita poſſunt agere ad generationē ⁊ corru ptionē: ⁊ ita ſilr̃ ī ſenſitiuis. Nā organa ſenſuū/ q̄ ſūt corꝑa mixta poſſunt īmutari ⁊ alterari ad aliquē gra dū cōuenientē illis: vt nata ſunt eſſe organa ſenſuū: et etiā ad diſcōuenientē ſenſui: ⁊ ita poſſꝫ organū corrū/ pi ⁊ ledi. ⁊ ꝑ cōſequēs poſſunt hr̄e aliquā actionē q̄ ad intellectionē q̄dāmō. q: ſi deordinat̃ ſenſus in actu ſuo ꝑ cōſequēs deordinat̃ intellectꝰ: vtputa in frene ticis ⁊ lunaticis in quibꝫ eſt imaginatio cōfuſa: ⁊ eti am q̄ ad hoc poteſt eſſe cauſa deordinatiōis in volun tate. Poteſt em̄ appetitū ſenſitiuū alterare vt magis inclinet̃ ad hoc q̄ꝫ ad illud: ⁊ q: in viatore volūtas ra tionalis inclinat̃ ad ꝓſequendū/ qđ efficacit̃ appetit̃ ab appetitu ſenſitiuo: ideo hoc mō inclināt volūtatē planetę ⁊ alia corꝑa cęleſtia. In nll'o tñ neceſſitat̃ ab ſolute volūtas ꝓpter hoc: ſed ex ſua libertate poteſt cō traire. Hinc dicit Ptolomeꝰ. Sapiēs dn̄abit̃ aſtris Et ꝓpter iſtā ꝓnitatē ad ſequēdū appetitū ſenſitiuū ꝯ dictamē ratiōis/ quaꝫ cauſant corꝑa cęleſtia. accidit freq̄nt̃ aſtrologos fere ꝓnoſticare ð moribꝫ hoīm: pu ta ꝙ erūt luxurioſi/ vel hmōi ꝑ cōſtellationes natiui tatis: nō ꝙ ita eueniat neceſſario/ ꝙ nō poſſꝫ alit̃ eſſe de his q̄ dependēt a volūtate rōnali/ ſi hō vellet ma/ gis ſequi ꝑ volūtatē legē rōnis q̄ꝫ ſenſus: ſed cogita/ tiones hoīm ꝓne ſunt ad malū. Gen̄. viij. ⁊ Eccl'i. j. Peruerſi difficile corrigunt̃/ ⁊ ſtultoꝝ infinitꝰ eſt nu merꝰ. Scotus hec. quē ⁊ de ſupioribꝫ latiꝰ videre po tes. Et paulo poſt dic̄ ſtellas habere ⁊ actionē aliquā diſpoſitiuā quātū ad infirmitates in remittēdo qua litates ⁊ hmōi. Et ſic (vt idē ait) eſt cōueniēs ⁊ neceſſa riū/ ꝙ bonus medicus habeat ſcientiā aſtronomie. Poſſunt em̄ porrigere aliq̄ tempore medicinā q̄ in terficit/ ⁊ tñ alio tp̄e liberaret. Hinc Ouidiꝰ de reme dio amoris lib. j. Tēporibꝫ medicīa valet data tp̄e ꝓ ſunt. Et data nō apto tēpore viua nocēt. Et vt refert frat̃ Pelbartꝰ li. ij. roſa. theo. quū ſtella vel planeta dicit̃ frigidus vel ſiccus ⁊ hmōi nō eſt intelligēdū for malit̃ ſed tm̄ virtualit̃ vel effectualit̃: q: efficit influ endo talem qualitatē in inferioribꝫ. Similit̃ cū dicit̃ maliuolꝰ vel beniuolꝰ ⁊ hmōi p̄ſertim referendo ad hoīes intelligēda ſunt tantūmō diſpoſitiue vel incli natiue ſm̄ corpus humanū: ⁊ nō q̄ ad liberū arbitriū vel animā: q: aſtra cū ſint ꝓpter hominē/ ⁊ inferiora hoīe nil habēt in aīa humana efficere ſm̄ oēs theo logos/ nec virtus aſtroꝝ extendēda eſt ad fata homi nū/ vel euentuū cōtingentiū aut operū hominū vel morū: q: talia ſunt erronea: vt alias dicit̃. Videat̃ de hoc ⁊ ſupra in dictiōe Aſtronomus.

**Stimulus** ꝓprie dicit̃ fuſt̃ acute cuſpidis quo ruſtici boues ſuppungūt. Per trāſla tionē dicit̃ oē illud a q̄ vexamur. Hinc ſtimulū car nis ⁊ vitioꝝ dicimꝰ. Quō aūt ſtimulos carnis vince re debeamꝰ. cōſulito Gerſonē pte. ij. tracta. de pollu/ tiōe diurna. Eſt ⁊ ſtimulꝰ amoris. de quo idē Gerſon pte. iij. de mōte ꝯtēplatiōis. ca. xxxviij. q̄ et flagrabat bt̄a Cecilia/ q̄ euangeliū xp̄i ī pectore ſuo portabat. Paſſio q̄ꝫ dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i dr̄ ſtimulꝰ amoꝝ/ q̄ mo/ uemur ad eū amādū in q̄ oē bonū repit̃ ⁊c̃.

**Stipendium** eſt es militare dictū a ſtipe. hoc eſt nūmo pendēda vel p̄miū qđ militibꝫ dat̃. A quo ſtipēdiariꝰ miles dr̄. ⁊ ſtipendiū qđ quiſqꝫ tenet̃ ſoluere p̄ncipi aut reipub. De q̄ vide in dictiōe/ ꝓſtatio. Qn̄qꝫ accipit̃ ꝓ pena vl' p̄mio. Vn̄ eſt illđ apl'i ad Rom̄. vj. Stipēdia pcti mors: gratia (aūt vita eterna.

**Stultus** imprudēs. ipro uidus. Vn̄ ſtulto ſp̱ ꝯtingit p̄ter id qđ credit. vt vult Gerſon pte. ij. de mēdicitate ſpūali. ꝑ/ te. ij. Et ſtulti (vt dr̄ ꝓuerb. j.) ſapiam atqꝫ doctrinaꝫ deſpiciūt. Et ſtultꝰ p̄cipue p̄nceps ſapiētiſſimū ſe pu tat. vt oſtēdit Gerſon pte. iiij. ſmōe de angelis: q̄ inci pit: Factū ē p̄liū ⁊c̃. Vn̄ ſtulticia q̄ ē in fact̃/ dicitiſqꝫ per ignorātiā recti ac boni erratio: ſm̄ Lactātiū. li. ij. diui. inſti. Et ſtulticia īportat hebetudinē ſenſus ſpiri tualis. fatuitas aūt totalē p̄uationē eiꝰ. Idō p̄ma op ponit̃ ꝯtrarie ſapie. ſcđa vō p̄uatiue. vt vult ſanctus Tho. ſcđa ſcđę. q. viij. ar. vj. Et ſtulticia dr̄ a ſtupore: quia ſtultꝰ eſt qui ꝓpter ſtuporē nō mouet̃: ſm̄ Ariſt. lib. j. Ethicoꝝ. ⁊ ſan. Tho. ij. ij. q. xlvj. ar. j. De q̄ ſtul/ tiloquiū: ⁊ ſcat pueri ſam ſniam verborū: per q̄ q̄s p̄/ fert delectat[illegible] luxurię alijs bonis: ſm̄ ſan. Tho. ij. ij. q. cliij. ar. v. Et eſt ſtulticia pctōꝝ: quę eſt q̄druplex ſm̄ mgr̄m Joānē Gerſonē pte. iiij. ſerm̄. de cęna dn̄i: qui incipit. Ad deuꝫ vadit. Prima: ꝙ faſciculos de/ primētes/ ⁊ colligatiōes iniq̄tatis ſedētis ſup̱ talētuꝫ plūbi graues: ſicut onus graue quotidie imponimꝰ ceruicibꝫ noſtris/ circūligātes nos funibꝫ pctōꝝ: nec ad pn̄iam cōfugimꝰ q̄ ab his tandē ſola nos liberat. Secūda ſtulticia: ꝙ lumina diuinę legis nequaq̄ꝫ q̄ꝰ/ rimꝰ/ aut circūferimꝰ nobiſcū: cogitādo vbi ⁊ quor/ ſum gradiamur. Sed ad obſcuras aut paꝝ lucidas hūanaꝝ traditionū nebulas: nos p̄ſertim eccl'iaſtici ocl'os totos animi ꝯuertimꝰ/ ſi nō peius ꝯuertimus. Tertia ſtulticia: ꝙ litigamus in hac via noſtra/ rixa/ mur/ belligeramꝰ vindictas/ expetimꝰ curſum no/ ſtrū ꝓpterea deſerētes. Hęc ſtulticia q̄ ad vim ꝑtinet ad iraſcibilē/ ſicut p̄cedēs ad vim rōnalē: ⁊ ſequēs ad ꝯcupiſcibilē. Quarta ſtulticia: ꝙ cū fędis voluptatū volutabris nos plerūqꝫ totos imergimꝰ nec emergi/ mus ꝑ pn̄iam ꝓcraſtinātes: ⁊ ꝓmittētes nobis celerē curſum a terra vſqꝫ ad cęlū: ⁊ in ipo momēto nocturꝰ ni tp̄is in morte: ſed potiꝰ timere debuimꝰ ne tenebrę nos cōprehēdāt ſi nō opamur dū dies ē. hęc Gerſon. Eſt p̄terea ſtulticia p̄dicatiōis: de q̄ Apl's dr̄. ꝙ q̄a in dei ſapīa mūdus eū nō cognouit: placuit deo ꝑ ſtul/ ticiā p̄dicatōis ſaluos facere credentes. Eſt autē hęc ſtulticia p̄dicatōis (vt ſcribit Gerſon pte. iij. tract. ix. ſup̱ Cātico Marię) ꝙ deꝰ p̄t alia facere q̄ꝫ fecerit aut facit ꝓ liberrimo ſuę volūtatis arbitrio. hoc em̄ xp̄i/ anę religiōis fūdamētale p̄ncipiū: q̄ cōceſſo ſubuertit̃ ⁊ corruit funditꝰ oīm phoꝝ radicale p̄ncipiū. Oīa quęcunqꝫ voluit dominꝰ fęcit: ait xp̄ianus. Omnia q̄cūqꝫ fęcit dn̄s (dr̄ Phus) neceſſario fecit: nec aliter aut al's facere potuit. Gerſon ⁊ paulo ſup̄ ait. Nulla videt̃ apđ ſapiētes huiꝰ ſeculi maior/ nulla abſurdior ſtulticia: nullaqꝫ mag̃ infatuat ſenſus carnis exteriꝰ ⁊ interius q̄ꝫ hęc ſapiētia dei. Collige (inquit idēꝫ ad diſcipulū) per interp̄tationē ſicomori: q̄ ficus fatua dr̄. Similit̃ ⁊ crede Dionyſio dicēti/ ſapiam dei diui niſſimā ſtultā eſſe. Siq̄dem ⁊ Apoſtolum audi. Qđ ſtultū eſt (inq̄t) dei ſapiētius eſt hoībus. Et iteꝝ. Qui vult ſapiēs eſſe: ſtultꝰ fiat. Hic titulus ſcholę huius ſtulticia eſt/ tradēte Lactātio. Audi Apl'ꝫ. Predica/ mus ieſum xp̄m: iudeis q̄dem ſcandalū/ grecis vō ſtulticiā: ſed qđ ſtultū eſt dei ſapiētius eſt hominibꝫ. Hęc mgr̄ Joānes Gerſon. Vn̄ Apl's. j. Coꝝ. iij. Si quis inter vos videt̃ ſapiēs/ ſtultus fiat vt ſit ſapiēs.



Pro quo (inq̄t Gerſon pte. ij. ſerm̄. in cęna dn̄i: q̄ in/ cipit. A deo exiuit) dabit nobꝫ hāc ſtultā ſapiētiā? Ve filijs hoīm q̄ ſapiētes ſūt in oculis ſuis ⁊ corā ſemet ipis prudētes: q: quāto mag̃ ſapiētiā q̄ſierūt tanto ipa lōgius fiet ab eis. Et ꝑfecto niſi fiant ꝑuuli niſi crediderit captiuādo oēm intellectū in obſequiū fi/ dei ipi nō intelligēt. Oſtiū ad ſapiētiā verā xp̄s eſt. Hęc Gerſon vbi ſ.

**Stuprum** ꝓprie v̄ginū eſt illicita defloratio vel violatio aut vitiatio (vt ait mgr̄ diſt. xlj. li. iiij.) ſb parētū cura exiſtētiū vt (⁊ vult b. Tho. ij. ij. q. cliij. arti. j.) ⁊ hr̄. xxxvj. q. j. Lex illa. Stuprū aliq̄n ꝓ inceſtu ponit̃. Proprie tñ ſtupꝝ eſt coitꝰ lege vetitꝰ: q̄ duplex eſt. Vnꝰ cū nupta qđ ⁊ adulteriū dr̄ aut cū puero aut cū ſanguine cōiunct̃ ſiue ſacris vir ginibꝫ. Alter quū vim afferimꝰ cuilibet ꝑſonę: etiaꝫ ſi ancilla ſit. Vn̄ ſtuprare in vtrūqꝫ ſenſuꝫ accipit̃. Et ſtupꝝ eſt ꝓprie ſpecies luxurię/ q̄ cōſiſtit in actu vene reo extra matrimoniū/ q̄ deflorat̃ virgo. Aliq̄n tñ ſu mit̃ large ꝓ alijs ſpeciebꝫ luxurię. [illegible] Amb. dic̄. De ſtupꝝ adulteriū eſt: accipit ibi ſtupꝝ ꝓ cōcubitu viri vxorati cū alia q̄cūqꝫ q̄ꝫ cū vxore ſua. de q̄ latiꝰ legere potes apud Antoni. ij. pte ſūmę. titu. v. ca. vj. Sim plicit̃ aūt ⁊ oībꝫ penſat̃ grauiꝰ ē adulteriū q̄ꝫ ſtuprū ꝓprie accipiēdo: vt ſcribit Richar. di. xlj. li. iiij. circa te xtū: q: adulter peccat pctō luxurię ⁊ iniuſticię. mag̃ etiā ledit rēpublicā adulteriū q̄ꝫ ſtupꝝ. Scđm q̄d tñ ē ecōuerſo: q: ꝑ ſtupꝝ aufert̃ bonū aliqđ irrecuꝑabi le. ſ. v̄ginitat̃ integritas. Hęc Rich. Aſtipulat̃ ſan/ ctus Bonauē. q̄ dicit. Deformiꝰ vō ē virginē deflora re q̄ꝫ defloratā cognoſcere. Attñ grauiꝰ peccat q̄ ad/ ulterat̃: q: mag̃ ledit rēpublicā/ ⁊ mag̃ offendit viꝝ ⁊ mag̃ generat infamiā. ſctūs Bonauē. di. xlj. li. iiij. circa explanationē textꝰ in fine.

**Subſamnatio** ⁊ irriſio cōueniūt in fine: ſꝫ dif ferūt in mō. Quia p̄ma fit na ſo rugato. Scđa vō fit ore. i. in v̄bo/ ⁊ cachinis ſꝫ be atū Tho. ij. ij. q. lxxv. arti. j. Et ſubſamnatio venit a ſubſamno ſubſāno a ſāna. Sāna em̄ ſolutꝰ deriſus dr̄ a nariū ſonitu Perſiꝰ. Poſticę occurrite ſamne.

**Subiicere** ſignificat ſupponere atqꝫ ſubiugare Et aliq̄d ſubijci ē duplicit̃ (vt ſcribit ſctūs Bona. di. xxiiij. ar. ij. q. j. li. iiij.). ſ. timore ⁊ amo re. Qui ſubijcit̃ cū amore ambulat in libertate ſpūs: ſicut filiꝰ. Qui ex timore iſte ē q̄dāmō ſeruꝰ: ⁊ in bo/ nis ⁊ iuſtis nō eſt ſubiectio ꝑ timorē ſed ꝑ amorē: ⁊ ta lis ſubiectio ⁊ p̄latio ⁊ ordo ī nll'o p̄iudicat libertati.

**Subiectum** eſt triplex. ſ. logicū. ⁊ dicit̃ p̄dica/ tiōis ⁊ ē q̄d de alio p̄dicat̃ vt dicē/ do. hō eſt anīal: aīal eſt p̄dicatū hō ſubiectū. Aliud eſt ſubiectū mutatiōis: ⁊ ē ſubiectū phyſicū: vt cū dr̄. ma teria ē ſubiectū gn̄atiōis ⁊ corruptiōis vel motꝰ loca lis: vel cū dr̄. ſubſtātia eſt ſubiectū accidētis. Tertiū eſt ſubiectū cōſideratiōis: ſicut ſubiectū ſciētię circa qđ v̄ſat̃ ſciētię vel art̃ ꝯſideratio. Subiectū āt ī aliq̄ ſciētia vl' doctrina triplicit̃ pōt accipi: vt ſcribit ſctūs Bona. q. j. ꝓlogi. in l'. ſentē. Vno mō dr̄ ſubiectū in ſciētia: ad qđ oīa reducūt̃ ſicut ad p̄mū radicale. Se cūdo ad qđ oīa reducunt̃ ſicut ad totū ītegrale. Ter tio ad qđ oīa reducunt̃ ſicut ad totū vniuerſale. Sic in grāmatica lr̄a eſt ſubiectū p̄mo mō: ⁊ oīo cōgrua ⁊ ꝑfecta ſcđo mō: ⁊ vox lr̄ata [illegible] lata ordinabil' ad ſcandū aliq̄d in ſe vl' ī alio tertio [illegible] ē ſubiectū. Sic in geometria pūctū eſſe ſubiectū p̄mo mō: corpꝰ ſcđo mō: ⁊ quātitas cōtinua īmobil' tertio mō. Sic ſubie ctū in theologia ⁊ li. ſentē. ad qđ oīa reducunt̃ vt ad p̄ncipiū eſt ipe deꝰ. Et in li. ſentē. ſubiectū ad qđ oīa reducunt̃ q̄ determiant̃ in li. ſen. vt ad totū integrū ē xp̄s: ꝓut cōprehēdit diuinā naturā ⁊ hūanā ſiue crea tā ⁊ increatā. de q̄bꝫ ſūt p̄mi duo libri: ⁊ caput ⁊ mē/ bra de q̄bꝫ ſūt duo ſequētes. Et accipit hic ſctūs Bo/ nauē. totū integrū large/ qđ multa cōplectit̃ nō ſolū ꝑ cōpoſitionē ſed etiā ꝑ vnionē ⁊ ꝑ ordinē. Subiectū q̄ꝫ ad qđ oīa reducūt̃ ſic̄ ad totū vniuerſale poſſumꝰ noīare duplicationē ſiue diſtīctionē. Et ſic ē res vl' ſi gnū. Et vocat̃ hoc ſignū ſacr̄m. Poſſumꝰ ⁊ vnico vo cabulo noīare. Et ſic ē credibile: ꝓut tñ credibile trāſ it in rōnē intelligibil': ⁊ hoc ꝑ additionē rōnis. ⁊ hoc mō ꝓprie loquēdo credibile ē ſubiectū in li. ſen. Cū ḡ dr̄: deū eſſe ſubiectū ⁊ res ⁊ ſignū ⁊ credibile: diuerſi mode: hoc ē intelligēdū vt vult ſctūs Bonauē. vbi ſ. Vn̄ vt refert Pelbartꝰ varie ſūt opiniōes de ſubie/ cto theologię. Albertꝰ magnus dic̄ reuelabile eē ſub iectū theologię vel credibile. Egidiꝰ li. j. dicit ꝙ deus inquātū glorificator ⁊ ſaluator. Henricꝰ dicit ꝙ deꝰ ſub rōe entis infiniti. Scotꝰ dicit: deꝰ inquātū deus. Hugo dicit ꝙ xp̄s inq̄tū xp̄s ē eſt ſubiectū theolo gię: ⁊ ſic ſm̄ aliā ⁊ aliā rōnē deꝰ ē ſubiectū theologię. Sentētias varias theologoꝝ doctiſſimoꝝ de ſubie/ cto theologię refert Paulꝰ corteſius li. j. ſentē. diſ. j. q̄ ⁊ ſubiectū materiā vocat: ⁊ cōſonat cū p̄dictis. Et ſm̄ Scotū q. iij. ꝓlogi. totius theologię ſubiectū in ſe ⁊ dei ⁊ btōꝝ p̄mū ſubiectū ē eſſentia diuia: vt hęc cuiꝰ viſio a btīs ē: ſicut ī metaphyſica cognitio entis. ⁊ ideo btā viſio nō ē theologia: ſed eſt q̄ſi ꝑfecta incō plexa apprehēſio ſubiecti p̄cedēs naturalit̃ ſciam the ologię. Vide latiꝰ ibi Scotū ⁊ paulo poſt ait. Erūt ꝑ ſonę quaſi ptes ſubiecti.

¶ **Subiectum** inſup̱ p̄mū. i. adequatū alicuiꝰ ſci entię ē illud circa qđ verſat̃ tota ſciētia vl' cōſideratio ⁊ qđ cōtinet omnes veritates totius habitus: vt in/ quit Pelbartus ⁊c̃.

**Subſtantia** eſt res habens q̄dditatē cui debet̃ eſſe ꝑ ſe: ⁊ nō ī alio. ſ. ſubiecto ſm̄ beatū Tho. p̄ma pte q. iij. ar. v. Et ſubſtātia eſt q̄ ꝑ ſe ſtat nullis adminiculis fulta. vl' q̄ accidēti ſeu q̄lita/ ti ſubſtat atqꝫ ſubſiſtit/ ⁊ q̄ſi illi ſubiaceat ſiue q: illā cōtineat. Quādoqꝫ ſuba ꝓ facultatibꝫ ponit̃. Quinti lianus. Vt plus ſubſtātię filio relinquerē. Et in euā gelio. Qui cōſumpſit oēm ſubſtātiā viuēdo luxurio/ ſe. Et vna eadē nā p̄t dici ſubſtātia/ eſſentia/ ⁊ ſubſi/ ſtētia: vt natura ſortis inquantū dat ſorti qđ ſit dicit̃ eſſentia. Inq̄ntū dat ei qđ ꝑ ſe ſit dr̄ ſubſiſtētia. ꝓut aūt ſortes habꝫ ꝙ ꝑ illā naturā accidētibꝫ ſubſit dicit̃ ſuba. q̄nqꝫ ſuba ponit̃ ꝓ materia ⁊ q̄ſi eſſentia ⁊ ſoli/ ditate ac veriꝰ cuiuſcūqꝫ p̄dicabil' ſuba oīs rōnis fu it cohortatiōciꝰ ad pacē. Et nomē ſubę vt ſcribit ſan. Bona. di. xxiij. q. ij. li. j. a duplici ꝓprietate dici p̄t. vi/ delicꝫ a ꝑ ſe ſtādo vl' a ſubſiſtēdo nō ꝑ aliđ: ſi ſic ꝓprie eſt in diuis ⁊ mag̃ ꝓprie q̄ꝫ in creatur̃: q: diuina nā maxīe ſubſiſtit q̄n a ſe vl' a ſubſtādo alij vel alijs. Et hoc triplicit̃. Vel vt alij inherētī: ⁊ ſic falſe ⁊ īproprie dicit̃ in diuis: q: ꝓprietates in diuis nō ſūt accidētes inherentes/ vel alij diſtinguēti. ⁊ ſic dicit̃ in diuis nō oīno īproprię/ nec oīno ꝓprie: q: ꝓprietas illa nō in heret. ⁊ ideo nō facit ſubſiſtere ſiue ſubſtare q̄ſi ſub alio ſtare ſed exiſtere: q: ab alio eſſe. Et hinc ē qđ Ri/ char. dicit in li. de tri. ꝙ melius dicit̃ exiſtētia q̄ꝫ ſub/ ſtātia. vel q: ſubſtat vt ꝑficiēte: ⁊ ſic dicit̃ res naturę ſubſtare reſpectu eſſentię: ⁊ iſte modus mag̃ ē circa noſtꝝ intelligere q̄ꝫ circa diuinū eſſe. Et ſuba vel ſub ſiſtētia q̄n accipit̃ ꝓ eſſentia nō plurificat̃: q̄n vero ꝓ

hypoſtaſi vl' ꝑſona accipit plurificat. Hec Bonauē. vbi ſ.q ⁊ latiꝰ de hoc ſcribit: ⁊ q.ij. dicit ꝙ in oī ſuba cuiꝰ eſt eſſe ⁊ opari neceſſario intelligimus naturā: ⁊ habentē naturā. Et naturā dicimꝰ eſſentiā: vel ſubaʒ habētē naturā dicimꝰ ꝑſonā: quō ſ̄ in creatura rōnali cōtingit vnā ꝑſonā hēre plꝭs nās. i. corpalē ⁊ ſpūalē: ſic ⁊ a ꝯtrio ſenſu ꝯtingit in deo ꝓpter ſūmā ſimplicitatē vnā nām hēri a plibꝫ: qꝛ cōtingit eā hēri alio ⁊ alio mō ⁊ hoc nō pōt eſſe ab eodē: qꝛ ſ̄ eadē eſt nā tm̄ habita ⁊ nō numerata: ideo tm̄ dr̄ vna ſuba ⁊ eſſentia: qa vo plꝭs habētes ideo plꝭs ꝑſonę nullo oīno repugnātia exiſtēte ⁊c̄.

¶ **Subſtantia** diuidit a phō.ij. de (tia exiſtēte ⁊c̄) anima in materiā formā ⁊ cōpoſitū ex his. Cōpoſitū dicit hoc aliqd. Materiā vo potētiā: formā: ſpeciē vel endelechiā. i. actū. ⁊ hoc aliqd ſm phum dr̄ cōpoſitū ſubſtātiale. de q̄ videat Gab. di. xij. q. j. li. ij. ſentē. Dicit ⁊ ſuba eſſentia vniuſcuiuſqꝫ. Preter illos aūt modos pōt alit diſtingui ſubſtātia iuxta vba btī Augu. (vt refert ſcēus Bona. di. xxxv. circa textū li. ij.) Uno mō vt dicat res ꝑmanēs ⁊ ꝑ ſe ſtās. Alio mō vt dicat res ꝑmanēs nō tñ ꝑ ſe ſtās: ſʒ alij īherēs. Tertio mō vt dicat ſuba q̄libet eſſentia actu ens/ ſiue ꝑ ſe ſtans ſiue nō. ⁊ hoc mō ſubſtātia ſe extēdit ad oē ens. Et ſic accipit Aug. cū dicit ꝙ nulla ſubſtātia ē nihil oīno cū ſ̄ dr̄ ꝙ iniqtas ſuba nō eſt. Dicendū ꝙ iniqtas accipit abſtracte ꝓ ipa deformitate nō ꝓ habitu circa quē deformitas cōſiſtit.

¶ **Subſtantia** dicit dupliciē. ſ. ꝓprie ⁊ trāſſumptiue (vt ſcribit ſcēus Bonauē. di. xxiij. q. v. li. iij.) Proprie dicit quattuor modis. ſ. ſuba materia/ ſuba forma/ ſubſtātia cōpoſitū/ ſubſtātia que eſt eſſentia vniuſcuiuſqꝫ vt ⁊ dictū eſt. Trāſſumptiue dicit ſubſtantia illud qd̄ habet aliquādo ꝓprietatē ſubſtātię dictę aliquo iſtoꝝ modoꝝ. Un̄ dicit. Fides eſt ſubſtantia: nō accipit in ꝓpria ſignificatiōe ſuba: ſed trāſſumptiue. Dicit em̄ ſubſtātia fundamētū fabricę ſpūalis ad ſiītudinē materię/ q̄ pbet fulcimētū formis ⁊ accidētibꝫ: vt latiꝰ in fide ſupra dictū eſt.

¶ **Subſtātia** ꝓducēs ē triplex vt notat Bzu. di. xx q. ij. in fine li. j. Quedā ꝓducit ꝑ tēpus magnū: vt hō hoiem: qdā ꝓducit ꝑ tēpꝰ impceptibile: vt ſol ſplēdorē: quedā ꝓducit in inſtanti vt deus.

¶ **Subſtantia** Aliqd dici ſm ſubam pōt dupliciť intelligi: ſm Rich. de ſcō Uicto. Uno mō dr̄ ſm ſubſtātiā in diuis/ qd̄ indicat ſubam tāq̄ nām cōem tribus: quō dicunt ſm ſubam q̄ in diuis pmo ⁊ pciſę ſignificāt ſubſtātiā nō ſolū identice: vt ſūt natura diuina/ eſſentia diuina. Et de illis intelligēda ē regula quā ponit mgr̄ diſ. xxij. li. j. vicꝫ ꝙ ea quę dicunt ſm ſubſtātiā de oibꝫ ꝑſonis cōmunit ⁊ de ſingulis perſonis dicunt ſingularit. De his etiā intelligendū eſt illud cōmune dictū Boetij. Subſtantia tenet vnitatem. relatio multiplicat trinitatem. Alio modo cōmuniter aliqd dicit ſm ſubſtātiā/ qd̄ indicat ſubam: vt ſuppoſitū nō tamē referibile ad aliō. Sic capit vt ſcribit di. xxv. q. j. li. j. mgr̄. cū oīa noīa d̄ deo pdicabilia ad bimēbrē reducunt diuiſionē ita ꝙ q̄dlibet dr̄: vl' ſm ſubam vl' relatiue. De q̄ legat Gab. diſt. xxv. q. vni. ar. iij. li. j. Et quāuis ꝑſona dr̄ ſm ſubam ſcdo mō accipiēdo dici ſm ſubaʒ: nō tñ pmo mō: qꝛ idicat ſuppoſitū ⁊ nō refert ad aliud q̄ ad ſcdam pte: qꝛ nō indicat pmo ⁊ formalit eſſentiā diuinā: ſʒ pmo mō ⁊ formalit hypoſtaſim: ⁊ de eſſentia pdicat identice. Et ſm hoc itelligēdū eſt qd̄ mgr̄ dr̄ ꝑſonā dici ſm ſubaʒ ⁊c̄. Quo corollarię ſeqt. nomen ꝑſona diuia dr̄ ſm ſubam. i. nō relatiue: ſʒ nō formalit ſcet ⁊ pmo ſubaʒ ſiue eſſentiā/ ſed ſuppoſitū relatiuū. nō em̄ dr̄ alteriꝰ ꝑſona/ ſicut pr̄ filij pr̄. hec Gab. Et cū dr̄/ filiꝰ ē ſubſtātia pr̄is: intelligendū eſt (ſm Sco. Occā ⁊ Petrū de aliaco q. vij. art. j. lib. j.) nō ſicut de materia vel q̄ſi de materia: ſic d̄ aliq̄ qd̄ eſt ſibi ſubale: uoc ē de patre q̄ eſt filio cōſubſtātialis/ ⁊ nō eſt filiꝰ de nihilo: nō qa ſit de alia materia vl' q̄ſi materia pſuppoſita/ ſed qa ē de pr̄e in q̄ eſt ſubſtātia filij. Uide latiꝰ Camera. Sapiētia q̄qꝫ/ lumē/ noticia: ⁊ ſilia (vt dr̄ Magr̄ di. xxvij. lib. j.) ſm ſubam dicūtur/ ⁊ nō reſpectiue. ſūt q̄qꝫ noīa eēntialia. ideoqꝫ ſicut ē vna eſſentia triū: ita vna ſapia. Trahit tñ ſingulū hoꝝ q̄nqꝫ ad ſuppoſitōeꝫ ꝑſonalē: qñ ponit reſpectu pdicati ꝑſonalis: vel qñ ſibi addit aliq̄ dēminatio notionalis. vt ſapia de ſapia: lumē de lūine. vbi ſapia in ſubiecto accipit ꝓ filio: ⁊ in pdicato ponit ꝓ patre. Exēplū ſecūdi. vt dicimꝰ: ſapientia ingenita/ ſapia genita: ſapia ingenita capit ꝓ patre. ſi ingenitū/ capit vt eſt ꝓpriū patri. Si autē capit negatiue ꝓ non genito: ſapia ingenita ſupponit eſſentialr ꝓ ipa natura diuina: quę nō ē genita. Sapientia genita capit pro filio. Dominꝰ pꝑoſitus Gabri. diſtin. xxxij. q. j. lib. j.

**Subſiſtere** in natura humana ſibi cōicata (ſm Scotū) eſt ſuſtētare eā/ ⁊ terminare eiꝰ depēdentiā ſuppoſitalē. Refert aūt dicere. verbū ſubſiſtit ſimplr in natura hūana: ⁊ verbū ſubſiſtit pmo in natura hūana. Paꝫ: qa pmū verū/ ſecūdū falſum. nō em̄ ſubſiſtit verbuꝫ pmo exiſtētia hūana: ſed pmo ſubſiſtētia diuia. nā iſta ſubſiſtit ab ęterno/ illa ex tempe. Nec eodē mō ſubſiſtit vbū in natura hūana q̄ hō in albedine: qꝛ hō ſubſiſtit in albedie nō ſimpliciť/ ſed ſm qd: eo ꝙ albedo eſt ens ſm quid. ideſt accidēs. Uerbū vo ſubſiſtit in natura hūana ſimplr: qꝛ natura hūana eſt ens ſimplr. i. ſuba. Gab. diſ. vj. q. ij. lib. iij. Et chriſtꝰ ē nomē ꝑſonę in duabꝫ naturis ſubſiſtēs. ſ. diuina/ ⁊ hūana. In diuina: in q̄ habʒ eſſe ꝓprimū ⁊ ęternū. In hūana: in q̄ hʒ eſſe ſcdm rpaleꝫ q̄ſi aduēticiū. vt ibidēʒ dr̄ Gabri. ⁊ al's dictū eſt.

**Subtile** dr̄ a vtute penetrādi: ſm ꝙ p̄t accipi ex vbis Phi. ij. de gñatione. Res aūt triplici de cā eſt penetratiua. ſ. Aut ꝓpter quātitatis paruitatē: maxie ſm latū ⁊ ꝓfundū. Uel qa habʒ figurā acutā aptā ad penetrandū. Un̄ ⁊ acus q̄ʒuis lōga penetratiua ē: qꝛ facilit penetrat pānū. Aut ꝓpter raritatem ſeu materię paucitatē: ⁊ ſic aer penetratiuꝰ ē. Aut ꝓpter actiuę virtutis magnitudinē: ⁊ ſic vinū penetratiuū eſt mlto magis q̄ʒ ſimplex aq̄ q̄ntūcūqꝫ tenuis. q̄ꝓpter aqua cū modico vino bibita/ magis refrigerat ſanū q̄ʒ ſi ꝑ ſe bibat: qꝛ vinuʒ facit eā ad loca corporis penetrare ad q̄ ꝑ ſe penetrare nō poſſʒ. Tertio mō ꝯſiderādo/ ſubtilitas beatoꝝ attēdit. Per vtutē em̄ beatitudis aię erit in beatꝭ corporibꝫ tāta magnitudo vtutis actiuę: ꝙ ꝑ eā multo efficaciꝰ poterūt penetrare q̄ʒ ignis vl' aer/ vel q̄ʒ dimēſiones: etiā ſi eēnt ſeparę. vt ſcribit Richar. di. xlix. art. iij. q. iij. lib. iiij. Un̄ Anſel. magnitudinē ſuę virtutis actiuę attēdēs: dicit in lib. de ſiītudinibꝫ de q̄libꝫ btō: ꝙ in tātū erit fortis vt etiā ſi velit terrā cōmouere/ poſſit. Un̄ Gregorius. In illa reſurrectiōis glia erit etiā corpꝰ nr̄m ſubtile ꝑ effectū ſpūalis potētię: ſed palpabile ꝑ vtutē naturę. Uide latiꝰ de h̄ Rich. vbi. ſ. de q̄ vide in dictione/ ſubtilitatis.

**Subtiliatio** vt ſcribit ſan. Bonauē. diſ. xlviij. pte. ij. q. ij. li. iiij. dr̄ duplr. Aut ꝑ dilatatōeʒ ⁊ rarefactiōem: ⁊ tūc corpis ſubtiliatio occupat locū maiorē. Aut depuratiōnē aut ſeꝑatiōnē facit puri ab īpuro. Et hāc ſubtiliatiōnē facit ignis: qñ res purgāda includit in vaſe forti: quēadmodū faciūt opifices alchimię: q̄ dicūt ꝙ totū pōt ibi ſubtiliari ⁊ d̄purari vt veniat ad naturā quinti corpis: ⁊ tūc fex tēdit ad funduʒ: ⁊ ſubtile ſupernatat. Sic ꝑ hūc modū (vt idē ait) erit ꝙ cęlū erit vas ꝯtentiuū elementoꝝ. ideo purgabūt: ⁊ fex elemētoꝝ ibit in infernū. Bonauentura.





**Subtilitas** eſt duplex: vt ſcptis relic̄t Bruleſer di. xlix. li. iiij. ſcʒ: ſpūal'/ ⁊ corporalis. Subtilitas ſpūalis dr̄ eſſe q̄dam ingenioſitas exñs in intellectu/ diſponēs ipm ad acute ⁊ pfecte aliqd cognoſcēdū. Sic ſubtil: dr̄ acutū vl' induſtrium. Subtilitas corpal' eſt duplex. ſcʒ: raritatis/ ⁊ vtutis. Subtilitas raritatis eſt q̄dā q̄litas exñs ſubiectiue in corpe raro/ ipm diſponēs ad facilit patiēdū/ vl' ad hoc qd̄ facilit penetret. vt aer ⁊ cętera corpa mollia. q̄ dicūt rara: qꝛ molliaʒ de facili ſr̄ penetrabilia. Subtilitas vo vtutis ſeu actiuitatꝭ: eſt q̄dā q̄litas exiſtēs in corpe/ diſponēs ipm ad facilit agēdū/ ſeu faciliter penetrāduʒ. Hoc mō corpa glorioſa [illegible]ebūt dotem penetrabilitatis: ⁊ poſſūt penetrare oē corpus nō glorioſum. Stephanꝰ Bruleſer.

**Succedere** ſcat ire/ ingredi/ ⁊ in alteriꝰ locū venire. Itē ꝓpe cedere: euenire. Et ſuccedere ſʒ Gab. diſ. xj. q. j. ar. j. li. iiij. eſt ad deſitioneꝫ alicuiꝰ de nouo incipe eſſe: aut in eſſe ſuo ꝯſeruari. q̄ mō nō inciper/ vl' in eſſe ꝯſeruaret: niſi aliō deſineret. Un̄ ſm eundeꝫ: ſine d̄ſitiōe vniꝰ/ ⁊ ſucceſſiōe alteriꝰ nō eſt ꝯuerſio ⁊c̄. A ſuccedere venit ſucceſſio/ ⁊ ſucceſſores. Et duplex p̄t notari ſucceſſio ſacerdotū: ſʒ eūdem Gab. di. xiij. ar. iij. dub. j. q. j. li. iiij. Una q̄ʒtū ad ordinē. Alia q̄ʒtū ad miniſtratōeꝫ. Prīo mō oēs ſacerdotes ſr̄ aploꝝ ſucceſſores. Scdo mō epi: qbꝫ conuenit admiſtratio: q̄ʒtuꝫ ad aſſumēduꝫ ꝑſonas ad diuerſos ſtatus eccl'ię. Et hęc diſtinctio p̄t ſumi ex glo. xxj. di. in nouo. vbi dr̄ ꝙ oīs epꝯ ſit par apl'is q̄ʒtū ad ordinē ⁊ rationē ꝯſecratiōis ſicut apl'i in ordie pares fuerūt: Petrꝰ tñ maior fuit alijs in admiſtratōe. Uide latiꝰ Gabri. vbi etiā dr̄ ꝙ ſacerdotes ſuccedūt apl'is in ordine ſacerdotij: licꝫ nō in ordine epatꝰ. Cōficere aūt eucharīſtiā reſpicit ordinē ſacerdotij: ⁊ remittere pctā pęnitētiū. Epi vo hñt ordinare ⁊ confirmare: in qbꝫ nō ſuccedūt ſacerdotes. de q̄ latiꝰ Gab.

**Succeſſiuum** dr̄: cuiꝰ pars ante partē ſit/ vel alicui acquirit: ⁊ nlla ſil' cū alia acquirit. vt caliditas: cuiꝰ vna pars ꝑ aliā acqrit. De q̄ videto apd̄ phyſicos/ ⁊ Gab. di. ij. q. j. li. ij.

**Suffragium** aliqñ ideꝫ eſt qd̄ auxiliū. nōnūq̄ʒ ſcat illas voces q̄ in comitijs dicebant/ ⁊ in tabellis deſcribebant: qbꝫ vnuſq̄ſqꝫ voluntatē ſuā de aliq̄ mgr̄atu eligēdo declarabat. Theologi vo accipe ſolēt ſuffragiū quo aiabꝫ in purgatorio ſubuenit. de q̄ ⁊ ſi valde mlta ſcribunt theologi: pauca tñ d̄ ſuffragijs ſcribere ex alijs volo. De his copioſe legere potes Gab. lect. xxvj. ⁊ xxvij. canōis. ⁊ lect. lvj. ⁊ lvij. ⁊ lviij. canonis. De his ita ſcribit Paulus Corte. li. iiij. diſ. vij. ſent. ſuaꝝ. cū dr̄. Atqꝫ h̄ loco cadē eſt inferiaꝝ habēda rō: in q̄ q̄dem ꝯſtituēdū ē charitatis colligatiōe: ꝙ ſit artiſſimū vinculū ſenatꝰ: nō mō viuos/ ſed etiā eos q̄ e vita migrarint deuinciri. In pmiſqꝫ intelligēdū maloꝝ etiā parētalia opitulari mortuis. Sʒ doctoꝝ hoiīn ē adiecta ꝯtētio. Nam damnatę ꝯ piacularia ſuffragia opitulent. Refert ibi Corteſiꝰ alioꝝ opiones: q̄s ⁊ recitat Gab. lect. lvj. canonis. Cōis tñ eſt opio doctoꝝ: ſuffragia viuoꝝ nō ꝓdeſſe dānatis q̄ʒtū ad pęnas pctōꝝ ꝓ qbꝫ dānati ſr̄ quouis mō releuādas: nec q̄ ad pęnā dāni/ neqꝫ q̄ad ad pęnā ſenſus. De q̄ latiꝰ legito Gabri. vbi. ſ. Aſtipulat Corteſius vbi. ſ. cū dr̄. Nos aūt munitiorē ad verū ingrediamur viā: ſi negauerimꝰ reis inditꝭ an̄ tro funebria iuſta ſuffragari. qñquidē ſatis ꝑſpicuū ſit haud ſenatū ꝓ reis apud tartarū parentare. Suffragia itaqꝫ facta ꝑ vnū viuū ꝓſunt alteri viuo: propter charitatis vnionē. vt ſcribit Petrus de palude. diſt. xlv. q. j. lib. iiij. ſed ſic ꝓdeſt bonum factū alij bono: ſm illō: ſanctoꝝ ꝯmunionē: ⁊ particeps ego ſuꝫ: qꝛ vna ē omniū fideliū vniuerſal' eccl'ia charitate cōiuncta: quę eſt ſocietas ⁊ amicitia ſpūal'. Un̄ ſicut qñ eſt ꝯtracta ſocietas oīum bonoꝝ inter aliq̄s: q̄cquid vnus lucrat/ oībꝫ eſt cōmune. Sic ⁊ ſpūalr: nō aūt pctōri: qui nō eſt de corpe chr̄i/ ſed mēbrū diaboli. qa nō eſt ꝯuentio vel cōmunio chr̄i ad Belial. Un̄ exñs in pctō mortali/ etiā nō excōicatus: nō ē particeps alicuiꝰ bōi qd̄ fit ī eccl'ia ꝑ vnionē: cū ſit mēbrū pciſuꝫ a corpe qd̄ nō recipit influētiā ab aīa/ ꝓſunt ⁊ ſuffragia ex ſuffragātis intētiōe. Un̄ illi ſpēaliter ꝓdeſt: cui intēdit etiā pctōri quē ita p̄t intēdere ſicut iuſtū: ſed nō ꝑ modū meriti. ſm illō. Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vob: quia nullꝰ pōt alteri mereri pmā grām: niſi chriſtus. vt paꝫ in paruul' baptizatis. Sʒ mal' ſiē extraneis: niſi merito ꝯgrui/ vl' (vt alij dicūt) merito d̄ gñi forte ꝑ modū impetratiōis. Sic qꝛ niſi Stephanus oraſſet/ Paulꝰ ſaluatꝰ nō fuiſſet: vt dr̄ Augu. Et ſic ꝓdeſt recipi ad bñficia in ſpēali alicuiꝰ bois vl' multitudinis: ſiue ſic receptꝰ ſit pctōr qa tūc fit particeps ꝓpter intētionē q̄ nō erat ꝓpter vnionē. ſiue ſit iuſtus: quia plus fit q̄ʒ prius. Suffragiū quoqꝫ viui ꝓdeſt mortuo ꝓpter charitatis vnionē. ⁊ ſic oīa bona bonoꝝ ꝓſunt mortuis: etiā ſi fiant ꝓ viuis. ſicut miſſa. de celebratiōe miſſa. c. ij. vbi dr̄. De cadē dic miſſam audiāt pro ſalute viuoꝝ ⁊ defunctoꝝ. Item ꝓpter intentionē: quia viuūt in memorijs viuoꝝ. ⁊ ſic omnes miſſę eis proſunt in quibꝫ eſt vnū Memēto/ ꝓ mortuis. Nō ſic autē alia bona in qbꝫ nō fert intentio ad defunctos. Proſunt ⁊ ſuffragia fctā ꝑ malos ex opere operato: vt miſſa mali tantū/ quantū boni. ſicut ⁊ baptiſmus. Sʒ ſic nihil ꝓdeſt niſi ſacramētū nouę legis. Uel aliqd ſacramētale: vt aqua benedicta/ ⁊ exorciſmus. non autē oratio/ ieiunium/ ⁊ eleemoſyna ꝓſunt ⁊ ex ope operāte vniuerſalis eccleſię: cuiꝰ miniſter ē peccator qui dicit vigilias ꝓ mortuis. Item ex opere opante eius qui rogat vel mandat ꝓ ſe fieri: ſicut bonus dñs per maluꝫ ſeruū faciēdo eleemoſynā: meret ⁊ ſatiſfacit. quia q̄ per aliū facit/ per ſeipſum facere videt. ſicut Chriſtꝰ per malos miſtros bñdicit ⁊ baptizat. ⁊ ſic ſuffragia a defūctis mādata vl' petita: per malos exhibita eis ꝓſunt. Proſunt p̄terea ſuffragia faciētibꝫ: ⁊ q̄dem ad merendū: ſi ſit in charitate nō minꝰ proſunt q̄ʒ ſi ꝓ ſe fierēt. ſm illō. Oratio mea in ſinu meo ꝯuertet. Et q̄nqꝫ plus meret hō celebrādo pro alio/ q̄ʒ ꝓ ſe: qa maiori feruore charitatꝭ accenſus videtur: qui ſcintillas emittit ad alios/ ⁊ maxime ad inimicos. Nec proſunt illis qui fuerint in limbo puerorum: quia nō ſunt in ſtatu ſalutis/ ſicut nec dānatis. Un̄ nec paſſio chriſti illis ꝓfuit: nec in limbo patrium ꝓderāt ante mortē chriſti exiſtētibꝫ. Nec ꝓſunt qui ſunt in cęlo per modū indigētię q̄ ad pmiū eſſentiale. ꝓdeſt tñ eis ad gaudiū accidētale. qa gaudium eſt in cęlis ſuper vno pctōre ⁊c̄. Creſcit aūt: qa d̄ pluribꝫ: ſʒ nō maiꝰ. Un̄ ſi certū eſt aliquē eſſe in cęlo: infidelitas eſt orare ꝓ eo. ſicut ⁊ iniuriā facit martyri q̄ ꝓ ipo orat. Dānatꝭ nō ꝓſūt ſuffragia: vt ⁊ dictū ē. ⁊ ideo

etiā q̄ in inferno nulla eſt redēptio. Un̄ de q̄b⁹ eſt cer-
tū/nō eſt orādū: ſicut nec ꝓ demonib⁹. Reputat̄ autē
certū de hereticis/paganis/⁊ iudeis. ſed de chriſtianis
nō pōt ita eſſe certū. Un̄ q̄uis pctm̄ ſit manifeſtuꝫ ⁊
nō pnia: pt orari ꝓ eis in ſecreto. ⁊ debēt reddi ſuffra-
gia ſiue ſe occiderint: ſiue ī bello iuſto/duello/ vl' tor-
neamēto mortu⁹ ſit/aut cū meretrice. Un̄ Aug. Pro
omnib⁹ regeneratis debꝫ fieri oratio: ſed nō publice
ꝓpter ſcandalū. Et ſilr ꝓ ſuſpēſis ⁊ iuſte damnatis: q̄
latro in morte penituit. Sꝫ ſi inueniat̄ mortu⁹ ſubi-
to/qui p̄us fuit bone vite: in publico oratio ꝓ eo fieri
debꝫ: quia iuſtus ſi morte p̄occupatus fuerit/in refri
gerio erit ⁊c̄. Proſunt inſuꝑ ſuffragia oīb⁹ ⁊ ſolis
qui ſunt in purgatorio: q̄ poſſūt per alios ſatiſfacere:
qui nō poſſunt ꝑ ſeip̄os. Sicut pꝫ ꝑ mlt'a exempla.
vt dī Petrus de palude di. xlv. ⁊ latius hāc rem ꝓſe-
quit̄. Suffragia aūt quib⁹ iuuam⁹ defunctoꝝ aīas:
ſunt p̄ces ſacerdotū. i. miſſe. qđ inter cetera pl⁹ valet
ad educendū de carcere. Item p̄cib⁹ ſanctoꝝ anime
ſoluunt̄ nō ſolū in patria q̄ orāt ꝓ ſocijs ſuis/ſꝫ etiaꝫ
precib⁹ iuſtorum viatoꝝ: ⁊ p̄cipue oratiōe dn̄ica/Pa
ter noſter. Item pſalteriū qđ ē oratio et ſpūſctī q̄ po-
ſtulat ꝓ nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Un̄ nec ora-
tiōes Anſelmi: nec q̄cunq̄ alie ſunt ita deuote. De h
adiumento ſcribit Grego. ⁊ habet̄. xiij. q. ij. c. anime.
Anime defunctoꝝ quattuor modis ſoluunt̄: aut ob-
lationib⁹ ſacerdotū/aut precib⁹ ſanctoꝝ/aut charorū
elemoſynis/aut ieiunio cognatoꝝ. Curatio v̄o fune-
ris/ꝯditio ſepulture/pompa exequiaꝝ: magis ſunt
viuoꝝ ſolacia/q̄ ſubſidia mortuorū ⁊c̄. Uigilie q̄q̄
ꝓſunt mortuoꝝ ab eccleſia inſtitute: ſicut plus valet
aqua per eam benedicta q̄ aliter. Soluunt̄ ⁊ elemo
ſynis charoꝝ: quia elemoſyna a morte liberat ⁊ facit
inuenire vitā eternaꝫ: quia etiam includit orationē ⁊
ieiuniū: ad que tenet̄ elemoſynā recipiēs. Soluunt̄
inſuper anime defunctoꝝ ieiunijs ⁊ quibuſcunq̄ af-
flictionib⁹ corporalib⁹. ſicut beat⁹ Dominic⁹ catena
vnā diſciplinā accipiebat ꝓ illis q̄ ſūt in purgatorio.
Liberant̄ etiā anime defunctoꝝ indulgētijs p̄latoꝝ.
ſicut enim p̄latus poteſt diſpēſare theſauꝝ eccl'ie: ſic
priuat⁹ bona ꝓpria. Sepultura quoq̄ ꝓdeſt viuis ⁊
defūctis: ad aſtruendū fidem reſurrectiōis: ⁊ etiā ad
vitandū fetorē cadauerū: hoc autē eſt officiū huma-
nitatis ⁊ pietatis: qđ omi homi eſt exhibendū. Pro-
deſt ⁊ ad ſolatiū. Mortuo v̄o ꝓdeſt inq̄tum de cera:
oleo/oblatiōib⁹ ⁊ ſericis: cedit in honorē dei ⁊ vtilita
tem pauperū vl' miniſtroꝝ. vt ſi de panno ſerico fiat
altaris paramentū/vl' eccleſie ornamentū/vel in pe-
cunia redactū detur pauperib⁹. Q̄ autē equ⁹ falera-
tus/hō ornat⁹ ad oſtētationē ⁊ pompā ſolum offera-
tur: nec redimat̄ nec largiat̄: mendaciū eſt ⁊ nō ꝓdeſt.
Locus quoq̄ ſepulture prodeſt. Uide latius apud
Petrū de paluđ. diſt. xlv. q. j. lib. iiij. Et (vt idem ait)
q. ij. Suffragia nō tm̄ ꝓſunt illi ꝓ quo non fiūt q̄ntū
illi ꝓ quo ſpēaliter fiunt ex intentione. ⁊ magis ꝓdeſt
pro quo fit determinate q̄ alijs. ſic ⁊ viuis nō obſtan
te exēplo poſito de luce ⁊ doctrina: quia talia nō ope-
rantur ex intētione/ſꝫ ex nature neceſſitate. Item ſuf
fragiū factū pro multis tantū valet/q̄ntum ad gau-
dium cuiuſlibet quātū ſi ꝓ quolibet fieret: quia cha-
ritas de qua ſcriptū eſt/Nō q̄rit que ſua ſunt cōmu-
nia ꝓprijs/nō ꝓpria cōmunib⁹ antepōit: ſed quo ad li
berationē nō per ſe: ſicut etiā debitū ſolutū ꝓ multis
omniū debitū attenuat. ſed nullꝫ ex toto liberat: cū
tamē poſſet ꝓ vno ſolutū ipum ex toto liberare. Itē
habēs ſpeciale ſuffragiū ⁊ cōmune citius liberatur
q̄ habēs tm̄ cōmune: licꝫ gaudiū ſit ꝯmune. Un̄. ſuf
fragia ſicut ⁊ aliud opus bonū dicit̄ valere tripliciṫ.
videlicꝫ: ſpecialiſſime/generaliſſime/ſpecialiṫ vl' me-
dio modo. De quo legito Scotū in quotlib. ⁊ dn̄ꝫ p̄-
poſitū Gabri. lectiōe. xxvj. canonis. ⁊ al's ſcripſim⁹.
Uideat̄ ad hoc magr̄ Ioānes Gerſon pte. ij. de ſoli-
citudine eccīaſticoꝝ. particula. xx. ⁊. xxj. ⁊. xxij. Eſt p̄-
terea ſm Paludēſem ſuffragiū bonū facilitatis in-
q̄tum eſt eius act⁹ bon⁹/reddēs ipm cōmendabilē ⁊
acceptū corā dō: ⁊ eſt bonū ei⁹ pro q̄ fit inq̄tū pro eo
ſatiſfacit. Quantū ad primā bonitatē: pl⁹ gaudet de
ſuffragio ille q̄ eſt ī maiore charitate/q̄ ille pro q̄ fit:
quia cū illo modo ſuffragiū nō ſit magis bonū vni⁹
defūcti q̄ alteri⁹: ſed ſit bonū ſoli⁹ faciētis de eo tan
q̄ de equali bono plus gaudet ille q̄ plus habꝫ đ cha
ritate. Sed q̄tum ad ſecūdū valorē: cū ille valor ſit
bonū illius ſoli⁹ ꝓ quo fit: ⁊ vnicuiq̄ magiſ eſt ama-
bile ꝓpriū bonū q̄ alienū. Ideo q̄tum ad iſtam cō
ſiderationē pl⁹ gaudet de ſuffragio ille ꝓ quo fit ex-
iſtens in mi[illegible] charitate/q̄ ille ꝓ quo nō fit: dato q̄
ille ſit in maiori charitate. Et vt idem ait. In die ani-
moꝝ non debet principaliter dici miſſa nec ꝓ patre:
nec ꝓ matre: ſed pro omnib⁹ fidelib⁹ defūctis. ſic qđ
dandū eſt pauperib⁹/non eſt dandū amicis carnalib⁹
magis q̄ alijs: poteſt tamē quis ſcđario ſpecialiṫ in-
tendere ſuos charos/⁊ pro eis ſpecialiter facere obla
tionem: ſed debēt fieri miſſe ⁊ officiū principaliter ꝓ
omnib⁹. Sed quia diuites plures elemoſynas faci-
unt: inde ē q̄ elemoſyna quo ad ſuffragia plus pro-
deſt diuiti q̄ pauperi per accidēs: quia plus tenētur
orare beneficiati pro benefactorib⁹ ſuis q̄ ꝓ alijs. al's
eſſent ingrati. Et (vt ideꝫ Petr⁹ de palude ait conclu
ſione. iiij.) quādo fiūt ſpecialia ⁊ mlt'a ſuffragia pro
illo qui nō indiget: vt quia iam eſt in gloria/vel q̄ mi
nus indiget: quādo ſupereſt diuidat̄ indigentib⁹: vt
non petentiū partes/petentib⁹ accreſcāt. Et ꝯcluſio-
ne. v. idem Paludenſis dī: q̄ tantū vel pl⁹ valent ad
meritū inſtituentis: quia magis eſt ad honorē dei cō
tinuatio talium anniuerſarioꝝ. ⁊ hoc cōſiderās eccle
ſia/ea ſic inſtituit. Sꝫ ad celeriorē liberationē a pur
gatorio/⁊ citius videndū deum: plus valet accelera-
ta mlt'iplicatio. Nam miſſa nondū celebrata ex ope-
re operato: nō poteſt habere tantā efficaciā/quātam
iam celebrata. Et forte non tādiu eſt māſurus in pur
gatorio q̄ vltima miſſa anniuerſarij perpetui cante
tur/⁊ eum liberet. Neutrū ergo eſt ꝯdemnanduꝫ: q̄a
vtrūq̄ bona intentiōe fieri poteſt/⁊ anniuerſarium
vt deus clarius videat̄ per opus ſibi magis honorifi
cum. ⁊ multitudo miſſaruꝫ ſimul a diuerſis dicenda-
rum: vt deus citius videat̄: ⁊ non ſolū pro amore ſui
ne diuti⁹ teneat̄ vel torqueat̄. Hec Paludēſis. Si đ
ſuffragijs multa ſcire volueris/legas dn̄m p̄poſituꝫ
Gab. in canone miſſe. vbi. ſ. ⁊ al's.

**Suggeſtio** a verbo ſuggero: qđ ſignificat ſub-
miniſtrare/i. cor ponere ſeu ſuppor-
rigere. Aug. lib. j. ciuitatis dei. Nam cū ei ſcriba ſug-
geſſiſſet/quid de ſignis deoruꝫ que multa capta fue-
rant fieri iuberet. Hieronymus ad Paulinū. Quic-
quid alijs exercitatio ⁊ quottidiana in lege medita-
tio tribuere ſolet: illis ſpiritusſanctus hoc ſuggere-
bat. Un̄ Suggeſtio/inſpiratio/ſuaſio/immiſſio ⁊c̄.
Et ſuggeſtio diabolica que nihil aliud eſt (vt ſcribit
Stephan⁹ Brulefer diſt. viij. q. x. lib. ij.) q̄ praue co
gitationis immiſſio: loquēdo de immiſſiōe large di-
cta ſuꝑ in dictione/Immittere. Nō tn̄ poſſunt cōpel
lere ſm ſan. Bonauen. vt oblatuꝫ recipiam⁹. q̄ facta





neceſſario cogitem⁹ malū niſi in caſu: vicꝫ cū cogita-
tio anie nō eſt circa vtilia occupata: tunc enī euagat̄ ⁊
eſt ocioſa: pt ei diabolus offerre imaginatōeꝫ turpē ⁊
vanā. ⁊ ideo volēti malas cogitatōes effugere/ſollici
te ⁊ diligēter cauēdū eſt ne ꝯtingat aliq̄n animū a bo
nis ⁊ ab vtilib⁹ cogitatiōib⁹ reuocari. hoc tn̄ facile ē
ei qui ſollicit⁹ eſt in bonis animū exercere: cui multo
facilius eſt ⁊ delectabili⁹ in bonis cogitationib⁹ ver-
ſari/q̄ ſit in fedis ⁊ turpib⁹ ⁊ carnalib⁹: ⁊ ſic de alijs.

**Summum.** Sūmus a um: qđ eſt oīum altiſſi-
mū: vt hic ſummū locū in vrbe te-
nuit. Aliq̄n dr̄ extremū. Lice. in horten. Uixit ad ſū-
maꝫ ſenectutē valitudine optima. Aliq̄n maximuꝫ:
q̄ nihil ſit mai⁹. ſic de⁹ ſumm⁹ dr̄. Lice. li. ij. Tuſcu.
Summū quo nihil eſt ſupius. Et a Uirgilio dictuꝫ
eſt/ſumme deū: ꝓ maxime deoruꝫ. Aliq̄n laudabile:
gl'ioſum. A q̄ ſummitas: altitudo: ex quo altior pars
mōtis ſummitas dr̄. Summū ſm Scotū di. xiij. li.
iij. pt accipi Uno mō poſitiue per excedētia ad oīa
alia. Alio mō negatiue: ꝓ nō excedi [illegible] q̄ alio. Se-
cūdo mō pūt eſſe mlt'a talia: ſicut ſunt mlt'a genera-
liſſima: quoꝝ quodlibet nō habꝫ genus ſupius. Pri
mo mō loquēdo dico (inquit Scot⁹) q̄ de⁹ nō potuit
ꝯferre anie chri ſummā grām poſſibilē: q̄a pt creare
equalē. Potuit enī ⁊ pōt aliā naturā eq̄lē iſti aſſumē
re: ⁊ equalē grām ſibi dare. Scđo mō dico q̄ ſummā
grām creabilē potuit dare huic anie. potuit enī ſūma
grā iſto mō creari ſimī vnica creatiōe: ⁊ potuit ꝯferri
creature. Id q̄d latius ꝓbat Scot⁹. Et ꝓbabile eſt di
cere ſm Magiſtrū: q̄ de⁹ tantā grāꝫ ei ꝯtulerit/q̄n-
tam potuit. Potuit autē cōferre ſummā grām crea-
bilē. In ꝯmendādo enī (vt dī Scot⁹) chrīm/malo ex-
cedere q̄ deficere a laude ſibi debita: ſi ꝓpť ignoran-
tiā oporteat in alteꝝ incidere. Uide latius Sco. ad

**Summum** in ali (modū deuote ſcribentē.
quo gn̄e pt dupl'r dici. vt l'ris mandauit ſan. Bona.
diſt. xxxiij. ar. ij. q. j. li. ij. Uno mō dr̄ ſummū: q̄ nihil
p̄t eſſe mai⁹. ⁊ h modo nō ꝯtingit aliq̄d ſūme maluꝫ.
Nihil eſt enī adeo malū q̄n poſſit eſſe pei⁹: ꝓ eo q̄ hꝫ
aliq̄d de bonitate quo poſſꝫ magis priuari: ⁊ ita ad-
huc peius eſſꝫ. Et ꝓ tanto dī Diony. q̄ malū eſt infi
nitū. Alio modo dr̄ ſummū: quo nihil eſt maius ſm
actū: ſed ipm excedit int̄ oīa alia. ⁊ ſic ꝯtingit repe-
rire ſummū in mal'. Nā Lucifer q̄ eſt rex ſuꝑ omes fi
lios ſuꝑbie/peſſim⁹ eſt ſuꝑ oēs. Hec Bonauē.

**Superbia** dupl'r accipit̄. Uno mō gn̄al'r: ſm q̄
inuenit̄ in omni pctō: ⁊ ſic eſt ꝯtēpt⁹
obedientie. Siq̄dem oīs peccās ꝯtēnit legiſlatorē cu
ius legē trāſgredit̄: ſic omne pctm̄ eſt ſuꝑbia: imo eſt
initiū oīs peccati. vt dī ſan. Bona. di. xlij. lib. ij. Et
ſm Gerſonē pte. iiij. lectiōe p̄ma ſmonis. Penitemi
ni: ſuperbia in omi vitio reperit̄. Greg. dī ſuꝑbiam
reginā eſſe ⁊ matrē oīm vitioꝝ. Qđ intelligēdū ē (in-
quit Gerſon pte. ij. in cōpēdio theol'.) de ſeptē vitijs.
Grego. accepiſſe ꝓut ꝯſiderat̄ ſm quandā redūdātiā
⁊ gn̄alitatē quā hꝫ in alia pctā: inq̄tuꝫ ſcꝫ ex ipa oīa
pctā oriri pūt: inq̄tū ſcꝫ alia pctā ordinant̄ ad finem
ſuꝑbie: que eſt ꝓpria excellētia ad quā pt ordinari q̄c-
quid hō indebite ⁊ inordinate appetit: vl' indirecte ⁊ ꝑ
accidēs remouēdo/ꝓhibēs inq̄tū. ſ. ꝑ ſuꝑbiā hō legē
diuinā ꝯtēnit: ꝑ quā ꝓhibet̄ a peccādo/⁊ tranſgredit̄
mādata. Intelligit̄ tn̄ hoc (inq̄t Gerſon) q̄n illa trāſ-
greſſio mandatoꝝ fieret ex ꝯtēptu. Nā fieri poſſit ex
ignorātia vl' infirmitate: q̄ ibi nō eſſꝫ ſuꝑbia. Conſo
nat Iaco. de Ualē. ſuꝑ illđ Pš. xxxv. Nō veniat mi-
hi pes ſuꝑbie: qui dī ſuperbiā eſſe pedē ⁊ fūdamentū
oīm pctōꝝ ⁊ vitioꝝ. Pꝫ: nā pctōr ꝑ ſuꝑbiā ꝯtemnit
deū: ⁊ ſic incidit in oīa alia pctā. ſ. in auariciā ⁊ rapi-
nā ⁊ vſurā ⁊ ſimoniā: vt ſuſtineat ſuꝑbū ſtatū: ⁊ exin-
de incidit in inuidiā ⁊ odium fraternū: q̄ nō ſuffert
priorē nec parē. Et ſic venit vſq̄ ad ꝯtēptū dei ⁊ obſti
nationē: nō timēs ei⁹ iuſtū iudiciū. ⁊ ſic ꝯtēnit etiā le
gē: ⁊ negat diuinā ꝓuidētiaꝫ. Sic pꝫ q̄ ſuꝑbia ē pes
⁊ initiū pctōꝝ: ⁊ cetera pctā ſunt min⁹ eius ⁊c̄. Et (vt
ait Gerſon pte. iij. de myſtica theologia) Suꝑbia eſt
radix cuiuſlibꝫ iprobe affectōis. ſicut ex aduerſo par
turit omneꝫ affectionē piā hūilitas. Alio mō accipit̄
ſuꝑbia vt eſt ſpēale vitiū diſtinctuꝫ ab auaricia/inui
dia. ⁊ ſic de alijs vitijs capitalib⁹/⁊ a ſctis cōiter de-
ſcribit̄. Suꝑbia eſt amor vl' appetit⁹ inordinatus ꝓ-
prie excellētie. i. ꝓprie magnitudīs habite vl' habende
ſeu ꝯcupite. Alioq̄n ſpēs eius nō bn̄ aſſignarent̄: inť
quas ſola q̄rta dī reſpectū ad alios. Aliť deſcribitur a
btō Aug⁹. q̄ ait. Suꝑbia eſt puerſe celſitudis appe-
titus. li. xiiij. đ ciui. dei. Uel ſuꝑbia eſt amor ꝓprie ex-
cellētie ſm Hugo. li. ij. de ſacris. Et Iſiđ. lib. ethimo.
Secūs Tho. dī. Suꝑbia eſt inordinat⁹ appetit⁹ ex-
cellētie cui debet̄ honor ⁊ reuerētia. vl' ſuꝑbia ꝓprie re-
ſpicit defectū ſubiectiōis hoīs ad deū: ſm q̄ aliquis
ſe extollit ſupra id qđ eſt ſibi p̄fixū ſm diuinā regulaꝫ
vl' menſurā: ex ſan. Tho. p̄ma ſcđe. q. lxxxiiij. art. ij. ⁊
ſcđa ſcđe. q. lxxvij. ar. v. Et appetit⁹ excellētie rect⁹ eſt
magnanimitatis/excedēs eſt ſuꝑbie/deficiēs ē puſil-
lanimitatis ſm ſan. Tho. in q̄ſti. de malo. q. viij. ar.
ij. Et deriuat̄ ſuꝑbia a ſuꝑbio: qđ eſt efferor/extollor.
Itē ſuꝑbe aduerbiū: h eſt elate/arrogāter. Et ſuꝑbi-
loquēs: qđ eſt ſuꝑbe loquēs. Et ſuꝑbiloquētia. i. ela-
tus ⁊ ſuꝑb⁹ ſmo. Et ſuꝑbi dicunt̄ ſm Aug. x. de ciui.
dei: placētes ſibi. Un̄ ex iſto amore fūdata eſt ciuitas
diaboli. Un̄ idem. ix. de ciui. dei ait: q̄ duo amores fe
cerūt ſibi duas ciuitates. Ille ꝓprie eſt ſuperb⁹ ſꝫ ſan
ctū Bonauē. qui oīa vult facere/oēs alios ſpernit:
⁊ nihil bn̄ facit. Et p̄mū peccatū luciferi ſm eūdeꝫ/⁊
omes doctores: fuit ſuꝑbia. Sed Scotus dī q̄ fuit
pctm̄ luxurie: capiēdo luxuriaꝫ large ꝓ inordinato a-
more ſuipſi⁹. Uel multis pctis peccauit lucifer: imo
(vt ſcribit Brulefer diſt. v. q. j. li. ij.) nō eſt aliq̄ ſpēs
peccati imaginabilis quin cōmiſerit lucifer. Et ſi di-
catur q̄ in vno ſolo motu peccauit: intelligendū eſt
per motū primū peccatū. aliter doctores ſibi ꝯtradi
cerent ſepe. Declarat autē Brulefer ſingula peccata
que cōmiſit. De quo videat̄ al's ipe Brulefer/⁊ ſctūs
Bonauētu. eadē diſt. ar. ij. q. j. qui ⁊ de ſuꝑbia demo
nū latius ibidē ſcribit ⁊c̄. Superbiā (dī magr̄ Ioan
nes Gerſon pte. iiij. ſerm̄. de dn̄o q̄rendo) nihil aliud
eſſe q̄ ſcindentē ventū ⁊ valde impetuoſum. Hiere.
lj. Eleuauerūt cor ſuū cōtra me quaſi ventū peſtilen
tem: vt cū hō ſe laudat ⁊ gl'ificat de aliqua gr̄a quaꝫ
deus illi cōtulit: q̄ ſe more vēti iactat. Per ſuperbiā
Saul regno ſuo excluſus eſt: Roboā fuit fugitiu⁹:
Sennacherib occiſus ſuoꝝ pueroꝝ manib⁹: Nabu-
chodonoſor đ poſit⁹: Holofernes decollat⁹: Amon
ſuſpēſus. ſilr ⁊ Abſalon ⁊c̄. Quādo autē ſuperbia ſit
peccatū mortale aut veniale/videat̄ Gerſon pte. ij. de
cognitiōe pctōꝝ venialiū ⁊ mortaliū. ꝯſide. iiij. cū ait.
Superbia erga deū hri pt per h q̄ putat̄ hri grā quā
quis non habꝫ: aut per h q̄ quis putat eam aut vult
habere de ſe ipo: ſcꝫ per ſuā ſapiētiā/aut fortitudinē:
aut pulchritudineꝫ. aut per h q̄ putat eam bene me-
ruiſſe erga deum: quaſi deus teneatur facere: ⁊ q̄ ali-
ter faciendo iniuſte faceret. Aut per hoc q̄ quis pu-
tat ⁊ vult habere grām a deo q̄ſi pro ſe ſolo. ⁊ de hoc

ipe ſupbit: ſicut peccauit phariſeus q̄ reddebat grās deo de bonis ſuis: qđ bn̄factū eſt. ſed in ħ ipe deficie/bat: ꝙ gaudebat ꝙ alij nō habebāt illa vt publicanꝰ. Et ħ ſignū erat ꝙ putabat clare ꝙ bona ſua eſſent de ſe: nō aūt de deo ſolūmodo. al's ei nō ſe plꝰ glorificaſ/ſet ꝗ̄ ſi bona illa fuiſſent in alio. In trib⁊ vltimis ca ſib⁊ ſupbia ſp̄ ē pcm̄ mortale ſi aſſit deliberatio ⁊ plenus ꝯſenſus. In pmo caſu ē p̄ſūptio: q̄ pōt eſſe pcm̄ veniale ſolū: qñ ipa ꝯtingit ꝑ ignorantiā/ aut ipum putare nō eſt certū/ neqꝫ affirmatū. hęc Gerſon. In/ueniꝰ aliqñ a ſctis noīatam ſupbiā ſanctā: q̄ ſcꝫ nobilitatis ſuę ꝯſcia neſcit pſtitui vel calcari: neſcit niſi ſummis iūgi. De q̄ vide ⁊ Gerſonē tract. vij. ſup Cātico ꝟgis. notula pma. ⁊ pte. ij. ſerm̄. de ſctō Bernar/do. Idē dt de aīa: q̄ oēm inq̄t cepit amorē alteꝝ a tuo dedignari. cepit tedere quottidianaꝝ harū formarū. hāc em̄ tantā de ꝓpria dignitate/ decore ⁊ nobilitate p̄ſumpſerat fiduciā. Tā ſuperba de amore facta erat ita (vt vulgo vox eſt) vt nullū niſi omnipotētiſſimū: ſapiētiſſimū ⁊ pulcherrimū ſup oīa amare dignaret: magna/ ſꝫ bona ſupbia. Gerſon. Idē tract. ix. ſuper Cātico eodē ꝟgis/ ſupbiā ſanctā nomiat. Et ꝑmulta (al's ipe de ſupbia ſcribit.

¶ **Superbie ſpēs** quas ponit Greg. xxiij. moral'. §. vij. ſt q̄ttuor. Quattuor em̄ ſūt ſpēs qb⁊ oīs arrogātiū tumor demōſtra/tur. Pria: cū bonū aut a ſemetipis hr̄e eſtimāt. Se/cūda: aut ſi ſibi datū deſuper ꝓ ſuis ſe accepiſſe meritis putāt. Aut cū iactāt ſe hr̄e qđ nō habēt: aut deſpe/ctis ceteris ſingularit appetūt videri qđ habent. hęc Grego. Ueꝝ ſupbia nō eſt vitiū intellectꝰ/ ſed volū/tatis in ordine appetētis: fꝫ has q̄ttuor ſpēs. Ex q̄ ſe/quit excecatio intellectꝰ. Poſſūt igit ꝟba Grego. ita intelligi. Prima: appetitꝰ inordinatꝰ q̄ qs vult bonū ſuū eſſe a ſe/ ⁊ nō ab alio. Scđa: q̄ vult bonū ſuū eſſe ex meritꝭ/ ⁊ nō ex grā. Tertia: q̄ vult hr̄e bonū ſibi in/debitū. Quarta: q̄ vult bonuꝫ hr̄e ſingularit: quo ſcꝫ excellit alios ⁊c̄. De quo latius videri pt Gerſon pte ij. in cōpendio theologię. de ſeptē vitijs capitalib⁊.

¶ **Superbia** differt ab inani gl'ia. q̄ differētia cōi/ter aſſignat. qꝛ licꝫ in vtraqꝫ ſit imoderatꝰ ⁊ inordinatus ꝓprię excellētię appetitꝰ: qui. ſ. nō eſt fm rectā ⁊ de/bitā rōnem. In ħ tñ differūt: qꝛ ſupbia excellentiā ꝓ/priā inordinate appetit. Inanis ꝟo gloria excellentię ꝓprię māifeſtationē: ita ꝙ ſupbia ꝓprie ꝯſiderat inq̄z/tum ille inordinatꝰ ꝓprię excellētię appetitꝰ habet ad intra: etiā ſi nō ab extra ꝓgrediat. Inanis gl'ia trāſit ab extra: qꝛ illā excellentiā appetit ab extra apparere: ⁊ in ore alioꝝ apparere ⁊ manifeſtari. Ponit ⁊ Grego. aliam differētiā inter eas. De quo ꝯſulito magi/ſtruꝫ Joannē Gerſonē de ſeptē vitijs vbi. s̄. Ponunt ⁊ ab alijs doctorib⁊ alię ſpēs ſupbię. Hiero. aſſignat ingratitudinē ſpēm ſupbię. Aug. dt ꝙ ſe excuſare de pctō cōmiſſo ad ſuperbiā ptinet. Etiā p̄ſumptio qua qs tēdit ad aſſequēdū aliqđ qđ eſt ſup̄ ſe ad ſuperbiā ꝑtinere videt. Bernardꝰ etiā ponit. xij. gradꝰ ſuper/bię: q̄ ſūt curioſitas/ mētis leuitas/ inepta leticia/ iactantia/ ſingl'aritas/ arrogātia/ p̄ſūptio/ defenſio peccatoꝝ/ ſimulata ꝯfeſſio/ rebellio/ libertas/ peccādi cō ſuetudo. Sed q̄ debite ꝯſiderat (inq̄t Gerſon vbi. s̄) oēs hmōi ſpēs ſeu gradꝰ ad q̄ttuor ſpēs ꝑ Grego. (vt tactū eſt) aſſignatas reduci pñt/ ⁊ ſub eis cōprehē/dunt. De q̄ legito latiꝰ Gerſonē. Et de ſignis ſupbię apđ eūdē pte. j. ſerm̄. de circūciſiōe dñi/ ⁊ de ꝓbatione ſpirituū: vbi ⁊ ponit duplicē ſuperbiā: quā nominat Bernardꝰ ſubtile malū. Nā eſt q̄dam ſupbia in intellectu: dū nō vult ſubijci alieno iudicio/ ſꝫ innitit ꝓpō. Quedā in volūtate: dū renuit obedire. ⁊ hęc eſtiꝰ de/ꝑhendit. ideoqꝫ faciliꝰ corrigit ꝗ̄ pma. Uideāt ⁊ alij de ſupbia. Et Gerſon in ſuis operib⁊ ⁊ tractatib⁊ in mlt̄is locis de ea ſcribit breuitatis grā mlt̄a relinquo (alijs.

**Superiores** ſt p̄fecti vel p̄lati q̄ alios moderāt ⁊ gubernāt. ⁊ ꝯtēptꝰ ſeu deſpectꝰ ſuperioꝝ: ⁊ per ħ nō obedire eſt ſpēale pcm̄ ſuperbię. Et eſt ſp mortale: vt ſcribit Gerſon pte. ij. de cognitione pctōꝝ venialiū ⁊ mortaliū: qñ ex certa ſciētia fit trāſgreſſio mādatoꝝ ſuoꝝ ſuperioꝝ principalit ⁊ ſolūmodo ꝓ eo ꝙ ipi ħ p̄ceperūt: qꝛ ibi ꝓprie ē ꝯtemptꝰ/ aut qñ nō reputant. Nec fit vis de p̄ceptis eoꝝ ac ſi ipi ħ nō p̄cepiſſent. ⁊ per ħ nō obedit: qñ tñ tranſgreſſio fit mādatoꝝ a ſuperiorib⁊ datoꝝ ꝓ aliq̄ fragilitate/ aut ꝓ alia cā: nō eſt noīanduꝫ pcm̄ ꝑ contemptū. Et vt idem dt Gerſon: non tenemur obedire ſuperiorib⁊ nr̄is: niſi in caſib⁊ in qb⁊ ipi ſūt nob̄ ſuperiores: ⁊ in quib⁊ dei ordinatiōe/ aut nr̄a voluntate nos ei ſummiſimus. ⁊ ħ intelligit de epīs/ abbatib⁊ ⁊ dñis tēporalib⁊ ⁊ pr̄e ⁊ matre. Si aūt ꝯtemptꝰ accedit (q̄lis dictꝰ eſt) nō erit excuſatio mortal' peccati. vt vult mgr̄ Joānes Gerſon ⁊c̄.

¶ **Supererogatio**. vide in dictiōe/ opꝰ ſupererogationis.

**Superlatiuus** capit dupl'r: fm duplicē expoſitionē. Affirmatiuā/ ⁊ negatiuā. vt ſummꝰ affirmatiue. i. oīmi alio maior. Uel negatiue. i. q̄ nullꝰ eſt maior. Prio modo nō pt niſi vni cōuenire. Scđo mō pñt eſſe pl'a ſumma. Gab. diſt. xiij. q. vnica. ar. j. li. iij. Et fm eundē: grā in aīa chr̄i ꝓducta nō eſt affirmatiue ſūma: qꝛ non maior grā in alia aſſumptibili aīa creabili. De q̄ latiꝰ le/gito Gab. an creabilis ſit ſumma grā negatiue.

¶ **Supermūdanus**. Uñ ſupermūdana ratio vt exponit Hugo. i. ſpūalis ratio.

